



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Index Tractatum & Resolutionum hujus Tomi Primi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



## Index Tractatum,

- sibus etiam nominatim excommunicatus, & evitandus possit excusari à peccato Sacramenta ministrando, qui in textu hujus Resolutionis explanantur; & tota doctrina hujus Res. est valde notanda, & menti tenenda pro praxi? Et quid dicendum est de excommunicato tolerato, in quo casu sunt etiam multa valde notanda? Et docetur, quod excommunicatus etiam non toleratus valide offert Sacrificium Missæ, si Sacerdos est, ejusque fructum, qui ex opere operato habetur, valide, cui voluerit, applicat, modo illo ejus sit capax? Ex p. 5. tr. 9. ref. 83. ibid.
16. An excommunicatus vitandus ex metu mortis possit ministrare Sacramenta? Ex p. 5. tr. 9. ref. 96. p. 14
17. An sit peccatum mortale petere Sacramenta ab excommunicato tolerato? Ex p. 5. tr. 9. ref. 133. ibid.
18. An liceat petere Sacramentum à malo Ministro extra casum necessitatis? Et quid, si cum invenio paratum ad dandum? Et quid, si Minister sit excommunicatus? Et an Sacerdos excommunicatus absolvens petentem administrationem Sacramenti, incurrat irregularitatem? Et an sit peccatum ministrare Episcopo exercenti Ordines in peccato mortali, aut Sacerdoti Missam ministranti in peccato? Ex p. 5. tr. 7. ref. 4. p. 15
19. An sit licitum à Ministro excommunicato non solum tolerato; sed etiam à non tolerato ab Ecclesia, id est nominatim denunciato, vel manifesto percussore Clerici petere Sacramenta? Et an talis Minister, si in extrema necessitate ministrat, Baptismum, & Pœnitentiam peccet, & fiat irregularis? Et quid, si talis Minister excommunicatus sit ab Ecclesia toleratus, & sit tuus Parochus? Et quid est dicendum, si non est tuus Parochus, nec ad ministrandum paratus? Et notatur licitum esse sine ulla necessitate petere Sacramentum à quovis excommunicato tolerato, dummodo non sit aliud impedimentum propter excommunicationem, nec peccare Ministrum istum, dum ad petitionem alterius ministrat, secus verò si ipse se invitaret. Ex part. 10. tract. 11. & Miscell. 1. refol. 64. pag. 16
20. An licitum sit, & absque peccato mortali recipere Sacramentum Pœnitentiæ, vel alia à malo Ministro, sed parato ministrare? Et an hoc non solum ex rationabili & justa causa, sed etiam extra casum necessitatis, dummodo Minister sit paratus? Ex p. 3. tr. 4. ref. 59. p. 17
21. An si quis sine necessitate petat administrationem à malo Ministro, peccet mortaliter, sive Sacerdos, sive Minister sit proprius suscipientis Parochus, sive non? Et inferitur quale peccatum sit exigere juramentum ab infideli parato jurare per falsos Deos, necessitate aut utilitate deficiente. Idem est de petente mutuum ab usurario parato. Et quid, si aliquis peteret mutuum à predicto usurario ad erogandum meretricibus? Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. ref. 33. alias 31. ibid.
22. An ad valorem Sacramenti requiratur positivus consensus illud suscipiendi, maxime in adultis quoad Baptismum, & alia Sacramenta, vel sufficiat, quod non resistant? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 32. p. 18
23. An alia Sacramenta præter Baptismum, & Pœnitentiam aliquando conferant primam gratiam? Et ex doctrina hujus questionis sequitur, quod si aliquis v. g. non potest confiteri, & sumat Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantum attritionem, adhuc exsumptione Eucharistiæ obtinebit primam gratiam. Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 31. ibid.
24. Quæ Sacramenta sicte suscepta, recedente fitione, conferant gratiam; an solus Baptismus, & Pœnitentia, vel etiam cætera Sacramenta? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 30. p. 19
25. An omnia Sacramenta, vel solus Baptismus habeat effectum, recedente fitione? Ex p. 3. tr. 4. ref. 15. ibid.
26. Quæ peccata sunt, quæ remittuntur per Baptismum, recedente fitione? Et quæ peccata sunt recedente fitione, explicanda, vel non explicanda in confessione? Et an sola attritio sine Sacramento Pœnitentiæ sit sufficiens ad removendam fitionem? Ex p. 3. tr. 4. ref. 14. ibid.
27. An habens infantem baptizandum morri vicinam, & Sacerdos recuset eum baptizare, nisi desit quantitas pecunie, nec alia via possit conferri Baptismus, licitum sit ei præbere pecuniam? Et an hoc non solum pro infante, sed etiam pro adulto licitum sit? Idem dicendum est, quando agitur de absolutione in extrema necessitate. Ex p. 5. tr. 3. ref. 29. p. 20
28. Vtrum Parentes quamprimum teneantur baptizare infantes? Et explanatur quomodo intelligendum sit illud quamprimum. Ex p. 3. tr. 4. ref. 8. p. 21
29. Quando infantes Christianorum sint baptizandi à Parentibus, vel tutoribus? Sed difficultas est, an consuetudo Ecclesiæ obligans sub mortali Parentes ad baptizandum infantes sit ubique? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 1. ibid.
30. An ad suscipiendum Sacramentum Baptismi sufficiat attritio cognita? Idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiæ. Et an attritio sufficiens ad Baptismum sit necesse, quod sit supernaturalis objectivè, vel sufficiat qualiscunque Pœnitentiæ imperfecta? Ex part. 3. tract. 4. ref. 13. p. 22
31. An propter imminens mortem liceat adulto differre susceptionem Baptismi, aut illam prætermittere; cum tamen aliqui possit vitam conservare, si Baptismum omittat? Et cursum inferitur, an adulto non sit medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in voto sufficiat? Ex p. 5. tr. 3. ref. 9. ibid.
32. An adulti sufficiens instrui teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi? Et quod est hujusmodi tempus? Et an si ex incuria Parentum infantes non sint baptizati, & nolint in adulta ætate baptizari, possint ad id compelli? Et an si Parentes non baptizarent infantem surdum, cæcum, & mutum, sit baptizandus in adulta ætate? Et contra Cajetanum non ponitur in dubium Constantinum ante finem vitæ fuisse baptizatum. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 2. p. 23
33. An tempore mortis sit præmittenda instructio Infidelibus baptizandis? Ex p. 5. tr. 3. ref. 20. p. 24
34. An si unus testis, etiam Paganus dicat moribundum postulasse Baptismum, iste sit baptizandus? Et ex doctrina prædictæ questionis deducitur idem dicendum esse in dicto casu de postulante Eucharistiam, & confessionem. Ex p. 5. tr. 3. ref. 21. p. 25
35. An si testis dubitet, an adultus moribundus petierit Baptismum, sit adhuc baptizandus saltem sub conditione? Præterea, si post petitionem Baptismi se jam nolle illum dicat adultus, dubitetur tamen à Medicis, an ex phrenesis læsione renuat baptizari; an in dicto casu saltem sub conditione sit baptizandus? Item, si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, an non de postulato Baptismo, aut si audientes non recordentur satis, an testis asseruerit expostulatum esse Baptismum, vel non, nec compareat testis, an sub conditione erit ministrandus Baptismus? Et discutitur, an ut adultus baptizetur, opus sit explicitè credere in Trinitatis mysterium, & Incarnationis? Et asseritur, quod si in dubio sit conjectura, ut moribundus petierit Baptismum, baptizandus sit sub conditione. Et quid si dubitetur, sit ne mortuus adultus vel non, an baptizandus erit? Ex p. 5. tr. 3. r. 22. ibid.
36. An moribundus, qui postulavit Baptismum, si in amensiam, vel lethargum postea incidit, sit adhuc baptizandus, licet in furia resistat? Et an possit ligari, ut sic baptizari valeat? Ex p. 5. tr. 3. ref. 23. ibid.
37. An sit validus Baptismus collatus dormienti, qui illum petierat ante somnum? Idem est dicendum de amente, qui ante denentiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida intervalla petierunt Baptismum, etiam si postea dum baptizantur, resistere videantur. Et discutitur, an Minister, qui ante somnum habuit voluntatem baptizandi aliquem, si illum dormiens baptizet, consciet Sacramentum. Ex p. 3. tr. 4. ref. 12. p. 26

## & Resolutionum.

38. An mutus & surdus, si in terris Infidelium se miscet cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex p. 5. tr. 6. ref. 1. ibid.
39. An in naufragio, vel alio casu ob periculum mortis possit quis plures baptizare? Et an si quis ita plures baptizavit in statu peccati mortalis, committat tot peccata mortalia, vel unum tantum? Et an qui ita plures baptizat extra casum necessitatis, non peccet mortaliter secluso scandalo? Ex p. 5. tr. 3. ref. 27. p. 27
40. An unus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali? Et notatur, quod in tali casu non unum, sed plura Sacramenta conficerentur. Et an ita Baptizans, si esset in peccato mortali, committat tot peccata, quot personas baptizavit? Et advertitur, quod si sit aliquod monstrum; puta, si nascitur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita ut certum sit esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulis earum baptizandus esse cum forma illa, Ego te Baptizo, &c. Sed advertet, etiam obsecro, quid faciendum sit, si certo deprehendi nequeat esse duas personas, & duobus animabus informari? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 29. alias 30. ibid.
41. An possint plures eundem hominem baptizare tanquam cause partiales, quorum singuli applicent materiam, & proferant formam? Et an hoc modo baptizatus, ut minimum sub conditione esset denno baptizandus? Et notatur, quod si plures aliquem baptizarent, se abluerent, & quilibet eorum diceret, Ego te Baptizo, quamvis hoc illicite agerent, & puniendi essent qui prius tamen verba proferrent, verum Baptismi Sacramentum conficeret. Et quid, si omnino simul verba proferrent, & abluerent, etiam si unus unam partem baptizati abluat, alius aliam, &c. an plures Baptismi, & plura sint Sacramenta vel tantum unum? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 30. alias 31. p. 28
42. Quidam Sacerdos in peccato mortali existens baptizavit infantem in casu necessitatis, quaeritur, an peccaverit mortaliter? Et an laici baptizantes in peccato mortali peccent mortaliter? Ex part. 3. tract. 4. resol. 10. pag. 29
43. An non solum Sacerdos, sed etiam laici baptizantes in peccato mortali infantem moribundum peccent mortaliter? Et an Sacerdos, & laicus in dicto casu peccent saltem venialiter? Ex p. 5. tr. 3. ref. 24. p. 29
44. An si Sacerdos sit excommunicatus, & adsint alij, sit tamen ab ipso petenda administratio Baptismi in necessitate? Ex p. 5. tr. 9. ref. 87. p. 30
45. An quando baptizatur aliquis in periculo mortis, debeant adstantes servare ordinem inter eos sub poena peccati mortalis? Et advertitur, quod quando baptizat aliquis idiota, dicat formam vulgari sermone, potius quam latino, ne erret, nisi constet latine bene proferendam. Ex p. 5. tr. 3. ref. 18. p. 30
46. An peccet mortaliter laicus, si presente Diacono in casu necessitatis baptizat infantem? Et quid, presente Sacerdote? Et quid est dicendum, quando laicus baptizat extra casum necessitatis, an peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? Ex p. 3. tr. 4. r. 4. p. 31
47. An Diaconus, si baptizet aliquem in articulo mortis, possit aliquando solemniter illum baptizare? Et an si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex p. 5. tr. 3. r. 28. ibid.
48. An Monachi peccent mortaliter, extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 58. pag. 32
49. An in aliquo casu cum vita periculo teneatur quis baptizare puerum moribundum? Et quid si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri de vita? Et quid est dicendum, si puer habet usum rationis, sed nondum est structus in Fide? Et quid, si supradictus structus sit in Fide? Et quid est agendum in casu, quo patrum intercessisset de non omitrenda cura anima
- proximi, etiam cum periculo vite? Et cursim inferitur, an mater gravida teneatur permittere se secari, ut fetus baptizetur, alias sine Baptismo moriturus? Ex p. 5. tract. 3. ref. 16. ibid.
50. Notabilia quaedam circa materiam Baptismi. Ex p. 3. tr. 4. ref. 5. p. 33
51. An sufficiat ad baptizandum moribundum una gutta aqua? Ex p. 5. tr. 3. ref. 5. ibid.
52. An moribundo debeat Baptismus adhiberi in cubio, si aqua est naturalis, puta, in iure carnium, lixivio, &c. Et an hoc à fortiori procedat, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p. 5. tr. 3. ref. 1. pag. 34
53. An moribundo, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressa sub conditione exterius, vel mentaliter apposta, si materia hac est idonea? Idem est dicendum de nive. Et in dicto casu, non inventa aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, nec possit id examinari, an possit in tali casu moribundus sub conditione baptizari? Et an in supradictis casibus, veniente aqua elementari, vel sublato tamen periculo baptizandus sit etiam sub conditione? Ex p. 5. tr. 3. ref. 2. ibid.
54. An in extrema necessitate, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus sub conditione cum glacie, pruina, rore, nive, vel sale, quando in resoluta non sunt? Et an ad validitatem Baptismi sufficiat, quod aqua attingat baptizatum, si eum non abluat? Et an si in ipsa applicatione mixtae glacies, &c. resolvantur, sit materia sufficiens Sacramenti Baptismi? Ex p. 5. tr. 3. ref. 3. p. 35
55. An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter? Et quid, si alij exteriores ritus, insufflationes, unctiones, & similes caeremoniae deessent in solemnibus Baptismo; vel si sine stola, aut superpelliceo fieret Baptismus? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 32. alias 33. pag. 36
56. Utrum obstetrices teneantur scire formam Baptismi, & modum baptizandi? Et an Sacerdos peccet saltem venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obstetricibus, & secularibus non est dubitandum? Ex p. 2. tract. 15. & Misc. 1. ref. 46. ibid.
57. Quidam Parochus olim quaesivit à me, an qui in forma Baptismi reliquerit illas particulas, In, &, dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti, conficeret Sacramentum? Et si conficiat, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex p. 2. tract. 15. & Misc. 1. ref. 47. pag. 37
58. An si quis adderet aliquid formae Baptismi, dicendo, v. g. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & B. Mariae Virginis, vel omnium Sanctorum, conficeret Sacramentum? Ex p. 2. tract. 15. & Misc. 1. ref. 48. ibid.
59. Mulier quaedam domi puerum baptizavit. Italianè, haec verba pronuncians. Io te Batteco, col nome del Padre, col nome del Figliuolo, & col nome dello Spirito Sancto, statim à me quaesitum fuit, an Sacramentum sub tali forma administratum fuerit validum? Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. ref. 15. p. 38
60. An Baptismus sit validus, si conferatur hac forma, Baptizatus est, vel Baptizatus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; qua forma utuntur Chaldaei? Et an in Sacramento Baptismi, Confirmationis, Penitentiae, Ordinis, & Extremae unctionis exprimenda sit persona suscipiens ista Sacramenta? Et an sit certum pronomen illud Ego, & dictionem illam Amen, non esse de necessitate Sacramenti? Et cursim docetur, quod Baptismus datus ab Apostolis in nomine Christi validus fuit, & nunc validus esset, si in eadem forma conferretur. Et quaeritur, an Baptismus datus in nomine unius personae Divinae, quaecumque illa sit, validus sit, dummodo vera Fides omnium trium retineatur? Et an Baptismus datus sub hac forma, Baptizo te in nomine Dei, & Sanctae Crucis.

## Index Tractatum,

- fit validus? Et tandem queritur, an sit valida forma Baptismi, qua utitur in Dalmacia, videlicet. Ego te Christiano, seu Christianum facio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 92. ibid.
61. An forma Baptismi in Ecclesia Graeca sit ista. Baptizetur, vel Baptizatur servus Christi, &c. Et difficultas est, an valide in utraque forma baptizetur? Et an in ipsa forma exprimendum sit nomen suscipientis Baptismum in particulari? Ex quo deducitur Baptismum apud Graecos factum sine expressione persona baptizate per nomen, aut pronomen esse sub conditione iterandum. Et an ita baptizans sine expressione nominis baptizari peccet mortaliter? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 93. p. 41
62. Quidam Parochus post ablutionem statim pronunciauit formam Baptismi, queritur, an valide baptizaverit? Et ex doctrina hujus questionis inferitur idem esse dicendum de Sacramento Ordinis, & Extrema-unctionis. Ex p. 3. tr. 4. ref. 6. p. 42
63. An si finita forma antequam finiatur ablutio infans moriatur, sit adhuc baptizatus? Idem dicendum est de Sacramento Confirmationis, & Extrema-unctionis. Ex p. 5. tr. 3. ref. 17. p. 43
64. An ubi mutus, & orbatus manibus occurrunt, & infans est in articulo mortis, debeat ille abluere, & hic verba proferre, & sic dictum infantem baptizare? Et an hoc saltem sub conditione faciendum sit? Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus? Ex p. 3. tr. 4. ref. 11. ibid.
65. An mutus, si alij non invenerint, possit in articulo mortis baptizare infantem illum abluendo, si alter manibus carens proferat verba forma? Ex p. 5. tr. 6. ref. 2. p. 44
65. An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet, possit de longinquo proferre formam sub conditione, & jubere, ut alius illum aqua abluat? Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus? Et inter alia explanatur Baptismum a tribus ministratum omnium iudicio esse invalidum; videlicet uno abluente, altero hac verba proferente: Ego te baptizo, tertio ista subiungente: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et cursum inferitur Ordinem datum ab Episcopo, & Presbytero simul: Episcopo videlicet imponente manus: Presbytero autem benedicente, seu proferente formam, irritum esse. Ex p. 5. tr. 3. ref. 16. ibid.
67. An infans moribundus, si ad illum non esset accessus, sit baptizandus, aspergendo eum aqua? Et an consuetudo Ecclesiarum baptizandi per immersionem servanda sit? Et si in aliqua Ecclesia trina immersio usitata sit, an una tantum adhiberi possit, cum integra prolatione forma? Ex p. 5. tr. 3. r. 19. p. 45
68. An debeat omitti Baptismum propter periculum infantis morituri, ut v. g. si puer sit ita tener & delicatus, ut credatur Baptismum fore causam mortis illius? Et an baptizans in dicto casu sit irregularis? Et cursum deducitur, quod licet potest Parochus audire confessionem hominis, qui alioqui morietur in statu peccati mortalis, licet sciat inde sibi mortem proventuram. Ex p. 5. tr. 3. ref. 8. ibid.
69. An si Tyrannus velit infantem occidere, vel si dum agit animam, alio modo non potest baptizari, liceat eum in puteum, vel flumen projicere, & an ita sit baptizatus? Et an hoc idem dicendum sit de adulto Catechumeno? Ex part. 5. tract. 3. ref. 14. pag. 46
70. An si quis baptizaret infantem moriturum projiciendo eum in flumen, vel puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato homicidij, & irregularitatem incurreret? Et supponitur talem Baptismum esse validum. Et queritur, an saltem liceat tibi Baptismum proximè morituro ministrare, ex cuius administratione cognoscis mortem accelerandam esse? Et an sic baptizans maneat irregularis? Et notatur non valere Baptismum, si quis videat puerum ab alio projici in flumine, vel puteo, & proferat verba forma. Sed quid est dicendum, si puer è manibus baptizantis forte elapsus esset, & tunc ipse baptizans verba forma proferret? Et an valeat Baptismus, si quis aqua defluenti è seculo submittit puerum abluendum, & verba Baptismi proferat? Et an mulier, qua damnatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, possit, servato juris ordine, prius secari, si spes est, ut factus ita baptizari valeat? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 21. alias 20. ibid.
71. An si puer moriantur in utero matris, possint ibi baptizari? Et quid, si mors matris inde sequatur, vel praevidetur sequutura? Imo, an mater eo casu teneatur permittere, ut proles baptizetur? Ex p. 5. tract. 3. ref. 12. pag. 48
72. An puer existens in utero matris possit baptizari? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 43. ibid.
73. An mulier condemnata ad mortem possit prius secari, si adsit periculum, ne ex aliquo morbo ad partum una cum prole moreretur, & spes adsit, ut infans hoc modo possit baptizari? Et an saltem moriua matre statim secanda sit, ut puer baptizari possit, si adhuc vivat? Et notatur non licere matri consentire se adhuc vivam secari ad hunc effectum. Et advertitur in supradicto casu differendam esse executionem sententiae, donec mater pepererit. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 44. p. 49
74. An mater ad mortem condemnata, si morbo lethali corripiatur, liceat eam secari, ut infans etiam moriturus baptizetur? Ex p. 5. tr. 3. ref. 13. ibid.
75. An infans moribundus sit baptizandus in qualibet minima parte sui corporis, v. g. Capillorum, unguium, pellis, quam Medici Secundinam appellant, digitis, &c. Et an vero, si puer evaserit periculum, esset saltem sub conditione repetendus Baptismus? Et an cum puer est in matris articulo, possit baptizari cum forma dubia, si nemo adest, qui sciat certam formam? Ex p. 5. tr. 3. ref. 4. ibid.
76. An Baptismus collatus in extrema parte coma, vel in secundina, si jam defuerit, & quasi penderet, sit validus? Et supponitur Baptismum collatum in capillis, & super secundinam circumdantem corpusculum infantis esse validum. Sed notatur, quod Baptismus collatus in capillis debet postea iterari sub conditione. Et quid est dicendum, si aqua Baptismi solum contingeret unguis? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 19. alias 18. p. 50
77. An in mortis articulo infans sit baptizandus in umbilico, per quem a matre fugit infans, & illi conjungitur? Et in dicto casu ita baptizatus, an sepeliendus sit Ecclesiastica sepultura? Ex p. 5. tr. 3. r. 15. p. 51
78. An qui recipit in periculo mortis Baptismum ex opinione probabili, v. g. in digito, capillis, pedibus, manibus, &c. & in materia dubia cum gutta aqua, &c. deberet, si viverit, iterum sub conditione baptizari? Ex p. 5. tract. 3. ref. 11. ibid.
79. An si quis probabiliter putes se non fuisse baptizatum, possit adhuc recipere Sacramenta? Et supponitur esse iterandos omnes Baptismos sub conditione, in quibus baptizans usus est opinione probabili circa substantia, ut verb. grat. circa formam, ut si baptizaret in nomine Christi, vel Genitoris Geniti, & Procedentis ab utroque, & sic de aliis formis dubiis. Idem est circa materiam, ut si quis baptizaret cum gutta aquae, cum lixivio, glacie, rore, vel nive nondum resolutis, aut si baptizaretur infans non in capite, pedore, aut scapulis, sed in manu, pede, brachio, vel alia sui corporis parte. Item, si detur solum probabilis applicatio materiae, vel forma, aut aliorum essentialium, inter quae intentio Ministri est, iterandum est Sacramentum sub conditione. Et in §. penultimo hujus Resolutionis, aliqui casus adnotantur pro baptizatis à diversis personis, & gentibus in casu necessitatis, in quibus advertitur, quod Baptismus debet iterari sub conditione. Sed jam omnes

## & Resolutionum.

omnes casus magis late in suis specialibus Resolutionibus in hoc novo Ordine ad hunc tractatum sunt conducti. Sed adhuc superest difficultas, quid prestare debeat Episcopus, Sacerdos, & Confessorius, ita quilibet dubius de suo Baptismo; an Baptismum iterari sub conditione necessarium sit? Et quid etiam prestare tenentur, qui ordines ab Episcopo, & absolutionem Sacramentalem perceperunt à Confessario de suo Baptismo dubiis? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 20. alias 19. ibid.

80. An infans repertus in valvis Ecclesie, vel alicujus domus sit baptizandus sub conditione? Et quid, si scriptum habeat collo appensum esse baptizatum? Et an etiam in dicto casu baptizandus sit sub conditione, si predictus infans ita repertus fuerit in terris Infidelium? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 85. p. 52.

81. An infans expositus ad Ecclesia, vel domus alicujus valvis cum scriptura collo appensa baptismum esse significante, sit baptizandus sub conditione? Et infertur quid dicendum sit de baptizati domi ab obstetricibus? Et quid, si queras, an baptizatos ab Hæreticis liceat sub conditione baptizare? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 34. alias 35. p. 53.

82. An infans in domo baptizatus ab obstetricibus possit iterum in Ecclesia baptizari saltem sub conditione? Et ita baptizans an peccet, & sit irregularis? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 86. p. 54.

83. An baptizari in periculo mortis debeant postea in Ecclesiis ceremonias omittas supplere? Et an si quis omittet supplere in Ecclesia solemnitates omittas in privato Baptismo, secluso scandalo, non peccet nisi venialiter? Ex p. 5. tr. 3. ref. 6. p. 55.

84. Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli 7. & in Clementina unica de Baptismo intelliguntur, ut erant filij extra Ecclesiam in domo baptizari possint? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 37. alias 38. ibid.

85. An licet baptizentur filij Hæreticorum, si sub cura Parentum probabiliter timeatur periculum perversionis eorum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 7. ibid.

86. An in mortis articulo filij Infidelium sint, in vitis Parentibus, baptizandi? Et an, secluso mortis periculo, non sit licitum, in vitis Parentibus, baptizari à Dominis suis filios servorum infidelium? Ex p. 5. tr. 3. ref. 10. p. 56.

87. Utrum liceat baptizare infantes filios Infidelium, in vitis Parentibus, etiam si Parentes infideles subditi sint Principibus Christianis; imo etiam si fuerint Christianorum servi? Et an Domini teneantur hoc facere? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 45. ibid.

88. An filij Infidelium, qui Mancipia sunt Christianorum possint baptizari, in vitis Parentibus? Et quid dicendum in casu, quod infans esset in certo periculo mortis? Et an infans baptizatorum, quavis Hæreticorum, & Apostatarum valide possint baptizari, in vitis eorum Parentibus? Et an liceat baptizare filios Infidelium, etiamsi in potestate Christianorum per injuriam veniant, quando eorum Parentibus restitutio non est possibilis? Ex p. 7. tr. 7. ref. 68. alias 67. p. 57.

89. An in tali casu liceat Dominis baptizare infantes filios Infidelium non separando illos à Parentibus? Ex p. 7. tr. 7. ref. 69. alias 68. ibid.

90. An in casibus, in quibus licitum est baptizare filios Infidelium, teneantur Domini hoc facere sub onere peccati mortalis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 1. p. 58.

91. An Domini, qui possunt proles suorum Mancipiorum, illis in vitis, baptizare, ad id teneantur? Ex p. 7. tr. 7. ref. 70. alias 69. ibid.

92. An filij Infidelium post septennium, si sit dubium, sint nec ne rationis compotes, sint, in vitis Parentibus, baptizandi? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref. 40. ibid.

93. An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Patrini, si non fuerint designati etiam à Parocho, sed tantum à Parentibus, vel tutoribus baptizandi? Ex quo alia deducuntur in textu hujus Resolutionis circa predictum casum.

Etiam casum. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 50. p. 59.

94. Aliqua curiosa circa Patrimum Baptismi notantur Primo, quod uxor simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipiens, nulla auctoritate reperitur prohibita. Secundo, quod duo viri etiam soli, aut due mulieres etiam sole non possunt esse susceptores in Baptismo: ex quo colligitur Parochum contra hoc ex Decreto Concilij facientem peccare mortaliter. Tertio, quod Hæreticus possit in Patrimum admitti, cum Catholicis commode reperiri non possit. Quarto, quod quando baptizatur filius Parentum Infidelium Minister baptizans, & tenens contrahit cognationem spirituales cum his Parentibus non baptizatis. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 51. ibid.

95. An non baptizatus possit esse Patrimum in Baptismo, & cognationem contrahat? Idem est in Confirmatione. Et an recipiens postea Fidem, & Baptismum possit valide conjugari cum persona baptizata, aut cum Parentibus ejus? Idem est dicendum in hoc ultimo casu, si persona infidelis baptizet infantem. Et quid de Cathecumeno; Hæretico, & de aliis diversis personis baptizantibus, vel rebaptizantibus, aut suscipientibus baptizatum. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 89. p. 60.

96. Possint-ne in Baptismo assumi in Patrinos duo vivi, unus ut interveniat nomine proprio, alter Procuratori in nomine mulieris? Et supponitur, quod numerus Patrini in Baptismo designatus, & quoad summum ex Concilio Tridentino debent esse duo, vir, & femina. Et an supra id Episcopus dispensare possit? Et an quilibet puer in quacunque etate, dummodo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, possit obire munus Patrini? Et notatur, quod quando quis suscipit aliquem in Baptismo per Procuratorem, neque ipse, neque Procurator contrahunt cognationem spirituales. Idem est, quando quis mittit Nuntium, aut Procuratorem, ut in nomine suo alium baptizet, aut confirmet. Et an munus Patrini, & impedimentum ex eo proveniens solum in Baptismo solemnium locum habeat, tamen si susceptor in Baptismo privato vellet munus Patrini exercere? Et cursum docetur, quod baptizans privatim spirituales cognationem contrahit cum baptizato ejusque Patre, & matre. Et quid, si laicus baptizat in necessitate? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 30. alias 29. p. 61.

97. An in privato Baptismo tempore necessitatis sit adhibendus Patrimum, & an contrahat spirituales cognationem? Et quid, si talem infantem quis teneat in dicto casu ex proposito, ut Patrini munus obeat; an contrahat cognationem spirituales? Et an improbanda sit consuetudo, secundum quam quibusdam in locis Catholicæ Patrini existunt filios Hæreticorum baptizante illos Ministro heretico in forma Sanctæ Trinitatis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 18. p. 63.

98. An infanti moribundo, quando confertur Baptismus, sit adhibendus Patrimum? Et in dicto casu, si quis materialiter teneat infantem, ideo Patrimum efficiatur? Et quid dicendum, si infantem teneat ex proposito, ut Patrini munus obeat, an sit verus Patrimum, atque cognationem spirituales contrahat, vel necessarium sit, ut Baptismus debeat esse solemnium ad contrahendam dictam cognationem spirituales? Ex p. 5. tr. 3. ref. 7. ibid.

99. An qui tenet infantem in Baptismo nomine alterius, contrahat ipse cognationem spirituales, vel ille, qui eum misit? Et an dicta cognatio spiritualis contrahatur ex Baptismo, sive in Ecclesia sive domi, sive cum cæremoniis, sive sine illis ministrato? Et an qui tunc assumuntur in Patrinos eandem contrahant cognationem, si prolem offerant ad Baptismum tanquam Patrini, & ut tales ejus curam suscipiant? Et quid, si quis non tetigit infantem in Baptismo, quavis in Patrimum assumatur, quod idem est dicendum de Confirmatione? Et quando post Baptismum domi collatum propter necessitatem

## Index Tractatum,

- necessitatem, tunc quando solemnes ceremonie in Ecclesia suppleantur, aliquis adhibeatur ut Patrinus; an in tali casu contrahat etiam aliquam propinquitatem? Et quid de illo, qui adhiberetur, dum quis scienter, vel ignoranter rebaptizaretur? Ex p. 3. tract. 4. resol. 2. pag. 64.
100. Qui in Ecclesia instar Patrini tenuit puerum in dono jam baptizatum; quaritur, an contraxerit impedimentum Catechismi non dirimens, sed impediens? Et an hodie contrahatur hoc impedimentum, vel sublatum sit per Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 2. de reformat. matrim. Et an Parochus in supra dicto casu debeat, & ad id teneatur scribere in libro, quod sint illi Patrini in solo Catechismo, & quod puer fuit in dono baptizatus? Ex p. 3. tract. 4. resol. 259. alias 160. ibid.
101. Infans fuit propter necessitatem baptizatus, v. g. in capillis, manu, pede, &c. quaritur, an postea dum rebaptizatur in Ecclesia sub conditione, Patrinus contrahat cognationem spirituales? Et hoc procedit in omnibus casibus, in quibus necesse est rebaptizare puerum sub conditione. Et an hoc etiam procedat in predictis casibus in rebaptizante? Et an si quis, v. g. teneat ut Patrinus filium Petri, credens esse Pauli, contrahat cognationem spirituales? Et quid est dicendum de uxore, qua per ignorantiam levavit filium mariti, &c? Et an maritus, & uxor possint absque ullo peccato esse Patrini aliena prolis? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 57. p. 65.
102. An qui per errorem levavit filium Petri, existimans se filium Pauli levare, contrahat cognationem? Et an conjux, qua per ignorantiam levavit filium mariti, teneatur acceri à debiti petitione? Ex p. 3. tr. 4. ref. 16. pag. 66.
103. Quis post partum uxoris statim ob periculum baptizavit infantem, adstantibus tamen multis, qui hoc facere poterant; dubitatum fuit, (etiam si graviter peccavit,) an privatus remanserit iure petendi debitum? Eadem est ratio uxoris erga virum. Et an Episcopus Commissarius Bullæ Cruciatæ, & Confessarij Regularis ex commissione suorum Provincialium possint dispensare circa supradictum impedimentum ad petendum debitum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 3. p. 67.
104. An Pater baptizans, aut tenens filium in periculo mortis impediatur postea petere debitum ab uxore? Et quid, si baptizaret ex malitia, vel ignorantia extra casum necessitatis, an peccet gravissime, & sit puniendus, & impediatur petere debitum? Ex p. 5. tr. 3. ref. 25. ibid.
105. An conjuges amittant jus petendi debitum, si eis superveniat cognatio spiritualis, ut quando alteruter, vel uterque conjugum culpabiliter baptizat, aut tenet filium in Baptismo? Et an hoc non procedat in casu, quo conjux baptizat filium solius alterius conjugis in necessitatem? Idem est, si conjux jam ad Fidem conversus uxorem, quam in Infidelitate duxerat, baptizat occurrente eadem necessitate. Item idem est, si in presenti mortis articulo Pater miseracione motus, ne absque Baptismo infans decedat, quamvis adestent alij, filium baptizat. Idem etiam dicendum est in casu necessitatis, quando nullus adest, qui Patrinus sit, Pater, aut Mater id munus obeat erga communem filium, aut solius alterius conjugis. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 39. ibid.
- † An Religiosi Mendicantes possint esse Patrini in Sacramento Baptismi, & quid de Monachis Cardinalibus, & Episcopis Religiosis; Canonicis Regularibus, & Sanctimonialibus? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 21. & ex p. 9. tr. 6. ex ref. 31. alias 32. Quæ hic sunt infra in hoc ipsomet tom. 1. tr. 2. de Confirmatione ref. 1. & 23.
- † An si quis teneat in Baptismo plures filios alicujus unum tantum cognationem, & compaternitatem con-

trahat? Ex p. 8. tr. 3. ex ref. 58. §. ult. Quæ nunc invenitur in tom. 3. tr. 2. ref. 62.

Nunc autem, ut clarius, citius, & commodius pateat aditus ad cæteras alias omnes Resolutiones, difficultates, & quæstiones pertinentes etiam ad hunc Tract. 1. de Sacramento Baptismi hujus Tom. 1. quæ mixtæ sunt, vel latent, aut obiter author tangit in reliquis omnibus aliis Tomis, Tractatibus, & Resolutionibus hujus totius operis; ideo hîc illas assigno, & transcribo, & sunt quæ sequuntur.

Et hæc ratio, & dispositio erit in omnibus cæteris aliis tractatibus hujus totius operis.

- a. **A**N Pontifex potuerit determinare tempus præcepti Divini suscipiendi Baptismum? Et an Ecclesia potuerit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesie, & non in alio deberent exhibere Baptismum adultis petentibus, scilicet in Vigilia Resurrectionis, & Vigilia Pentecostes? Et notatur quod dispensatione Pontificia possit quis etiam laicus solemniter baptizare in casibus, in quibus jure divino potest baptizare. Et explanatur, an extra casum necessitatis, ut licitè conferatur Baptismus, inter Ministros hujus Sacramenti Ordo sit servandus sub peccato mortali; & quid in casu necessitatis? Et an laicus ministrans Sacramentum Baptismi ex dispensatione Pontificia, (ut diximus,) in peccato mortali peccet mortaliter? Idem quaritur de Diacono baptizante solemniter ex commissione Sacerdotis, &c. Et an Pontifex possit præcipere, ut infantes filij Hæreticorum, & Apostatarum baptizentur, invitis Parentibus, & quid de filiis infidelium? Et quid, si saltem alter Pater sit fidelis, seu baptizatus, an possit puer, illis invitis baptizari? Et quid, si proles sit sub cura plurium tutorum, quorum unus saltem est Christianus? Et quid quando alter Pater consentit, quamvis uterque sit Ethnicus? Et quid est dicendum de parvulo, qui non habet Patrem, sed avum paternum, an possit baptizari, ipso consentiente, quamvis mater sit irrota? Et an liceat ministrare Baptismum sub nomine Genitoris, Genitricis, & Procedentis ab utroque, si ex Prolatione forma certa, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, mors Ministri immineret? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 2. 57. 10. & 49. §. Quinto possit; Quæ nunc invenitur in tom. 3. tr. 1. ref. 7. 8. 6. & 3.
- b. An sit peccatum mortale baptizare aliquem extra Ecclesiam sine necessitate? Et an licitum sit Sacramentum Baptismi ministrare personaliter interdicto, qui causam dederit? Et an qui sic ministrat hoc Sacramentum, non peccet per violationem interdictionis, sed quia ministrat in peccato mortali; ac proinde non faciat duo peccata; primum quia ministrat in peccato, secundum quia violat interdictionem? Ex p. 1. tr. 17. ex resol. 17. & in p. 5. tr. 10. ex ref. 63. Quæ hic reperiuntur in primo & proximo sequenti tractatu de Confirmatione ref. 11. & 20.
- c. An liceat metu mortis non incusso in odium Religionis conficere Sacramenta in materia dubia: ut ministrare Baptismum cum aqua ex sale resoluta, &c? Ex p. 3. tr. 6. ex ref. 48. §. Et tandem. Quæ hic est in tom. 7. tr. 5. de Scandalo, ref. 76.
- d. An aqua postquam semel abluit, possit assumi pro novo Sacramento Baptismi? Et an qui certo novit se in ventre matris fuisse sanctificatum, teneatur adhuc ad Baptismum

## & Resolutionum.

- Baptismum suscipiendum? Ex p.9. tr.3. ex ref.5. & 3. *Quae hic sunt infra in tract.3. de Pœnitentia ref.145. & 142.*
- c. An sit peccatum proferre verba, & formam Baptismi sine vera aqua? Ex p.10. tr.11. ref.12. *Quae hic est infra in tr.7. de Circumstantiis, ref.74.*
- f. An si Sacerdos super materiam legitimam proferat verba forma, v.g. sine intentione baptizandi, etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? Ex part.10. tr.13. ex ref.20. *Quae nunc inveniuntur in tom.2. tr.6. ref.100.*
- g. An qui in forma Baptismi omittit Amen, Ego, In, consecratur Sacramentum, vel saltem peccaverit mortaliter? Et quid si in forma Baptismi aliquis diceret, Ego te Baptizo in nomine Patria, Filia, & Spiritua Sancta, an sit validus Baptismus? Et an si in Baptismo omittatur magna pars caeremoniarum, quas Ecclesia praescribit, sit peccatum mortale? Ex p.2. tr.17. ex ref.14. §.2. & 3. & in p.10. tr.16. ex ref.37. alias 36. *Quae hic reperientur in tom.2. tr.1. de Celebrat. Missarum ref.222. & 192.*
- h. An Episcopus consecrans Chrisma pro Sacramento Baptismi in statu peccati mortalis, peccet mortaliter? Et an si Episcopus omittat aliquam caeremoniam appositam in Pontificali pro benedictione supra dicta Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum? Ex part.5. tr.13. ex ref.73. & ex part.6. tr.8. ex ref.21. *Quae hic sunt in tom.3. tract.3. de Episcopis, ref.81. & 82.*
- i. An preceptum sumendi Baptismum obliget Infideles? Ex p.8. tr.7. ex ref.81. *Quae nunc inveniuntur in tom.2. tr.2. de Communionem ref.4.*
- k. An si adsit spes, ut possit fortis in lucem prodire, teneatur mater infirma cum periculo vitae medicamenta non alibere, ut fetus baptizetur? Et an quando mater probabiliter se esse in statu peccati mortalis timeret, teneatur abstinere se à supra dictis medicamentis, si speretur, ut dictum est, factum in lucem edendum, & baptizandum fore? Sed tota difficultas est in casu vero, quod mater esset moraliter certa de sua vita spiritali, an tunc teneatur pati mortem corporalem pro vita spiritali proli? Ex p.7. tr.5. ex ref.37. & 38. *Quae hic reperientur in tom.5. tr.6. de Abortu ref.41. & 42.*
- l. An qui irraditur, possit se tueri cum periculo mortis aliquis infantis sine Baptismo moriuri? Ex part.5. tr.4. ex ref.34. *Quae hic est in tom.8. tr.5. de Homicidio ref.18.*
- m. An peccet mortaliter si quis non baptizatum baptizat sub conditione? Et an rebaptizantes aliquem scienter sub conditione incurrant irregularitatem? Et an Parochus, qui rebaptizavit sub conditione infantem expositum cum scheda de collato Baptismo sit tanquam irregularis repellendus à collatione ejusdem beneficii? Et resolutio hujus casus pendet ex illa questione, an illicite baptizetur infans expositus cum scheda testificante illum fuisse baptizatum? Et quid si talis expositus sit inter Sarracenos, aut Judeos, si haberet tale testimonium, aut schedulam esse baptizatum? Et an infans ab Infidelibus captus, sit postea baptizandus sub conditione, pro quo casu adducitur pulchrum dubium, & multa explanantur, quae contingere possunt in supra dicto casu, & aliis pro Baptismo? Et an laicus solemniter baptizans incurrat irregularitatem? Idem est de illo, qui solemniter ministrat Baptismum sine ordine requisito. Et an irregularitas homicidii tollatur per Baptismum? Et an etiam ea, quae contracta est ex defectu Sacramenti, ut bigamia? Ex p.3. tr. addit. ref.6. & 10. & ex p.10. tr.16. ex ref.87. & ex p.4. tr.2. ex ref.77. & ex p.10. tr.11. ex ref.21. & ex p.4. tr.2. ex ref.51. *Quae nunc inveniuntur in tom.5. tr.5. ref.42. 21. 22. 24. 19. & 145.*
- n. An qui sicte rebaptizat incurrat irregularitatem? Ex p.9. tr.7. ex ref.26. *Quae hic reperientur in tom.2. tr.6.*
- de Matrimonio resol. 169.
- o. Quis possit dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum? Ex p.10. tr.11. ex ref.22. *Quae hic est in tom.4. tr.3. de Bulla Cruciatæ ref.132.*
- p. An quando dubitatur, sit ne infans baptizatus, sepeliendus est in loco sacro, v.g. si infans fuerit baptizatus in secundina, pede, &c. sive dubium sit in suscipiente, sive in conferente, sive in materia, sive in forma? Ex part.4. tr.3. ex ref.69. & in part.5. tr.3. ex ref.112. *Quae nunc inveniuntur in tom.8. tr.8. de calibus occurr. temp. mortis, ref.7. & 6.*
- q. An infans filius fidelis recentissime natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat? Et an in Ecclesia polluta possit Baptismus ministrari? Et an Christianus fingens se Infidelis petens se baptizari, ut certam pecuniarum summam accipiat, debeat abjurare? Ex p.11. tr.8. ex ref.22. & 23. & in p.9. tr.8. ex ref.45. *Quae hic reperientur in tom.9. tr.1. de Immunit. Ecclesiarum ref.144. 131. & 107.*
- r. An Inquisitores possint punire reum, qui fuit baptizatus invalide ex defectu forma, materia, vel intentionis? Et quid, quando dubitatur, an reus sit baptizatus? Ex p.4. tr.3. ex ref.78. & 113. *Quae hic sunt in tom.5. tr.10. de Inquisitoribus ref.85. & 86.*
- s. An Sacerdos incidat in Bullas Pontificias, si sollicitet feminam in Sacramento Baptismi? Ex p.4. tr.5. ex ref.16. *Quae nunc est in tom.5. tr.9. de Solicitatione in confessione ref.63.*
- t. An qui copulam sodomiticam habuit cum baptizato à se, vel cum eo, qui levavit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Ex p.7. tr.12. ex ref.17. *Quae hic est infra in tr.7. de Circumstantiis, ref.139.*
- u. Pro Sacramentis in genere. An cui difficilis est contritio, tamen possibilis, cum periculo vitae obligatus quis sit Sacramenta ministrare? Ex p.7. tr.3. ex ref.27. *Quae nunc inveniuntur in tom.7. tr.4. de Correctione ref.19.*
- v. An soli homines viatores, & cum vocibus naturalibus possint ministrare Sacramenta, non vero Angeli sive boni, sive Angeli mali? Et docetur in Beatis manere Characterem, & ita sic indelebilibus, ut etiam post mortem tam in beatis, quam in damnatis permaneat, ut maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel danda alia Sacramenta. Et discutitur, an de facto aliquod Sacramentum fuerit ab Angelis, vel Beatis ministratum? Ex p.12. tr.1. ref.111. & 23. *Quae hic reperientur in tom.4. tr.8. de Consecrat. Episc. ref.111. & 23.*
- x. An Pontifex possit suis præceptis ita obligare quoad administrationem Sacramentorum, ut aliquando excusentur ab observatione præcepti Divini? Et ex doctrina hujus questionis inter alia, quatuor diversi casus inferuntur in textu hujus Resolutionis, quos in promptu omnes Confessarii, & Sacerdotes habere debent, quia saepe possunt contingere in praxi, & sunt valde notandi. Et an Pontifex possit aliquibus interdiceret usum Sacramentorum? Et pro praxi hujus difficultatis aliqui diversi casus adducuntur in corpore hujus Resolutionis. Et an Pontifex possit precipere, ut in articulo mortis, deficiente materia certa, ministrantur Sacramenta cum materia dubia? Idem dicendum est, si non occurrat alius certiorum habens potestatem, vel qui certiorum formam adhibeat. Et in casu extreme necessitatis non solum possit adhiberi Sacramentum cum materia, forma, & Ministro dubio, sed etiam adesse obligationem Charitatis sic ministrandi, secluso præcepto particulari Pontificio. Et notatur, quod in prædictis casibus contentis in textu hujus Resolutionis, & similibus, si recipientes Sacramentum supervixerint, essent deinde eis ministranda Sacramenta sub conditione. Et an Pontifex suppleat defectum jurisdictionis in ministrantibus Sacramentum cum opinione probabilis? Et ex doctrina hujus questionis patet, quod qui solum habent titulum coloratum generatim peccare usurpa



# Index Tractatum,

usurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est, usurpant potestatem, quam non habent. Et an Pontifex suppleat jurisdictionem in ministracione Sacramentorum, stante errore communi absque titulo colorato? Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus? Et inter alia, que ex doctrina Superioris questionis deducuntur, tandem inferitur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur femina, communi circa sexum concurrente errore, valeant per eam, velut Pontificem facta? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 78. 79. 49. 93. & 94. *Qua hic sunt in tom. 3. tr. 1. de potest. Pontificis quoad Sacramenta ref. 1. 2. 3. 4. & 5.*

y. An sine scandali peccato possim redimere vexationem injustam in administratione Sacramentorum prebendo pecunias? Idem est pro audiendo Sacro in die festivo, & ministranda Eucharistia. Ex p. 5. tr. 7. ex ref. 16. *Qua nunc invenietur in tom. 7. tract. 5. de Scandalo ref. 4.*

z. An quis in administratione Sacramentorum possit uti materia, forma & Ministro probabili, relictiis certis? Ex p. 9. tr. 7. ex ref. 59. *Qua hic est in tom. 8. tr. 1. de opinione probabili ref. 5.*


ministrat Sacramentum in peccato, committat duo peccata, unum omissionis, quia non conteritur, alterum commissio- nis quia indigne ministrat? Et quid de Subdiacono, & Diacono canentibus Epistolam, & Evangelium ex consuetudine in peccato; an peccent mortaliter, vel tantum venialiter? Ex part. 9. tract. 7. & Miscell. 2. resol. 58. pag. 71.

6. An sit de necessitate Sacramenti, ut Vnctio in Confirmatione adhibeatur ab Episcopo in fronte? Et an peccet mortaliter Episcopus, si talem Vnctionem non faciat in fronte, & efficiat Sacramentum nullum? Et an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda predicta Vnctio immediatè manu propria Episcopi, nullo medio instrumento, & in figura Crucis? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. ref. 30. p. 73.

7. An Episcopus, qui in Confirmatione ungeret alio digito, quam dextero pollice, peccaret mortaliter? Et an talis variatio sit materia gravis, aut levis? Et an sit de necessitate precepti, & Sacramenti, quod Vnctio Confirmationis fiat immediatè manu Confirmantis sub signo Crucis; Vnde nunquam sit efficienda medio aliquo instrumento, ut tempore pestis potest dari Sacramentum Extrema-Vnctionis? Ex part. 3. tractat. 4. resolut. 22. pag. 74.

8. An hoc Sacramentum Confirmationis sit conferendum immediatè manu Episcopi, ita ut sit nullum, si conferatur pollice sinistro, & non dextero; vel alio digito, vel quovis alio instrumento sive conjuncto, sive separato? Ex part. 3. tr. 4. ref. 28. ibid.

9. An Episcopus ministrans publicè in Ecclesia Sacramentum Confirmationis sine Iuriali, Mitra, & Baculo Pastoralis peccet mortaliter? Et quid est dicendum, si Episcopus confirmando omitteret tantum unum ex indumentis sacris? Ex quo deducitur, an Sacerdos faciendo Sacrum excusetur a mortali omittendo circulum, aut manipulum ratione parvitas materia? Et quid, si Episcopus omitteret insigere alapam, quando ministrat Sacramentum Confirmationis? Et ex Consequentis huius Resolutionis patet Resolutio alterius casus, nempe Episcopi ministrantem ordines sacros statim post Missam sine aliis indumentis peccare mortaliter; sicut Sacerdotem ministrantem Sacramentum Baptismi, & Extrema-Vnctionis sine vestibus sacris. Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. ref. 31. ibid.



## TRACTATUS II

### De Sacramento Confirmationis.

pag. 69.

1. **A**n balsamum requiratur in Confirmatione de necessitate Sacramenti? Et an sit de necessitate Sacramenti Confirmationis, ut Chrisma sit per Episcopum consecratum? Et an Summus Pontifex possit simpliciter Sacerdoti talem consecrationem committere? Et an simplex Sacerdos possit hoc Sacramentum ministrare? Ex p. 3. tr. 4. ref. 23. ibidem.
2. Quanta balsami quantitas sufficiat pro materia Sacramenti Confirmationis, ut admisceatur Oleo? Et an si fortè subsidente balsamo ex oleo supermatante conferatur Sacramentum, validè & licitè conferatur? Et quid è contra? Et notatur, quod si Sacramentum Confirmationis collatum fuerit tantum cum Oleo sine balsamo, esset tamen reiterandum non tamen absolutè, sed sub conditione. Et an balsamum non sit de necessitate Sacramenti, sed precepti? Et docetur non peccare Episcopum, qui in Confirmatione ungeret alio digito, quam dextero pollice. Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 13. ibid.
3. De forma Sacramenti Confirmationis. Et in textu huius Resolutionis aliqua dubia, & difficultates deciduntur pro praxi supra dicta questionis. Ex p. 3. tr. 4. ref. 27. p. 70.
4. An Episcopus non confirmatus ministrans Sacramentum Confirmationis peccet mortaliter? Ex quo inferitur, an sit peccatum mortale suscipere, vel conferre Ordinem ante Confirmationem, vel antequam ordinem conferens sit confirmatus? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 46. alias 47. ibid.
5. An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, v. g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia? Ex quo inferitur idem esse dicendum de Confessario in peccato plures confessiones eodem tempore accipiendo. Et quid de Sacerdote ministrante Eucharistiam in peccato? Et an laicus in peccato mortali ministrans Eucharistiam in necessitate moribundo non peccet, sicut non peccaret, si ministraret Baptismum in peccato? Imò neque Sacerdos in extrema necessitate baptizans in peccato mortali non peccat. Et an qui mi-

10. An Episcopus in sua Diocesi peccet, si confirmet subditos alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, & post prandium? Et an ceteris paribus per Sacramentum Confirmationis major gratia conferatur, quam per Baptismum, & per nullum aliud Sacramentum, excepto Ordine? Et notatur non esse peccatum veniale recipere Eucharistiam ante hoc Confirmationis Sacramentum. Ex parte 4. tractat. 4. & Miscell. resolut. 50. pag. 76.
11. Quidam Episcopus in sua Diocesi confirmavit subditum alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, quare, an peccaverit? Et an etiam ita confirmatus etiam peccet. Et cursum advertitur esse peccatum mortale baptizare aliquem extra Ecclesiam sine necessitate? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 17. ibid.
12. An Episcopus possit confirmare aliquem afferentem dimissionis sui Episcopi, ut ordinetur? Et notatur Episcopum confirmantem in sua Diocesi subditum alterius in nullam censuram, aut culpam incurrrere. Et si Episcopus ordinet aliquem non confirmatum, quare, an peccaverit mortaliter, sicut etiam idem dicendum est de illo, qui vult suscipere Ordines, si non sit confirmatus. Ex p. 3. tr. 4. ref. 24. p. 77.
13. An infantibus ante usum rationis morituris possit conferri Sacramentum Confirmationis? Et notatur, quod confirmare infantes non est prohibitum etiam sine causa. Ex p. 3. tr. 3. ref. 31. ibid.
14. Virum pueri ante septennium possint aliquando Sacramentum

## & Resolutionum.

cramentum Confirmationis accipere? Et an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium sine aliqua causa iusta? Ex p. 3. tr. 4. ref. 19. p. 78

15. An infantes sibi Principum, vel si periculum mortis imminet, vel ob alias honestas causas ante usum rationis possint ab Episcopo confirmari? Et an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium, & usum rationis? Et an sit licitum confirmare non solum amentem, qui aliquando usum rationis habuit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis, sed etiam perpetuo amentes, atque adeo etiam illos, qui sunt in articulo mortis constituti? Et notatur, quod Episcopus non est damnandus de peccato, si hoc facere permittat. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. ref. 93. ibid.

16. An perpetuo amentes sint confirmandi? Et infertur licitum esse confirmare amentem, qui aliquando usum rationis habuerit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis. Et an secluso scandalo & contemptu, non peccet mortaliter, si quis Sacramentum Confirmationis non accipiat, etiam si ad recipiendum ad sit notabilis negligentia? Ex part. 3. tract. 4. ref. 20. ibidem.

17. An quis peccet mortaliter non suscipiens Sacramentum Confirmationis, dummodo non ad sit contemptus? Et an notabilis negligentia contemptus censetur, ut si quis, data opportunitate suscipiendi illud Sacramentum, qualem postea facile non habiturus sit, illud suscipere intermitat? Et notatur, quod per accidens, ut ratione scandali, possit commissio huius Sacramenti esse peccatum mortale. Ex p. 3. tr. 4. r. 25. p. 79

18. An adultus in articulo mortis possit ministrari Sacramentum Confirmationis? Et an sit preceptum, data opportunitate, suscipiendi Confirmationem? Ex p. 5. tr. 3. ref. 30. ibid.

19. An in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere Sacramentum Confirmationis? Et an sit peccatum solum veniale omittere hoc Sacramentum? Ex p. 5. tr. 3. ref. 32. p. 80

20. An liceat ministrare hoc Sacramentum Confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit? Et an hoc idem dicendum sit de Sacramento Baptismi? Et an qui sic ministrat utrumque horum Sacramentorum non peccet per violationem interdicti, sed quia ministrat in peccato mortali, & proinde non faciat duo peccata; primum, quia ministrat in peccato; secundum, quia violat interdictum? Ex p. 5. tr. 10. r. 63. ibid.

21. Notabilia quadam circa Patrum in Sacramento Confirmationis. Et inter alia tandem queritur, an Religiosi Mendicantes possint esse Parrini in hoc Sacramento? Et quid de Episcopis Religiosis? Ex part. 3. tract. 4. ref. 21. ibidem.

22. An non confirmatus suscipiens in Confirmatione puerum contrahat cum illo, eiusque Parentibus cognationem spirituales? Et quid de non baptizato in Sacramento Baptismi? Ex p. 3. tr. 4. ref. 26. p. 81

23. An omnes Religiosi tam Mendicantes, quam non Mendicantes, & Sanctimoniales etiam licite possent obire munus Parrini in Baptismo, & Confirmatione? Et quid de Canonicis Regularibus? Et notatur, quod si Abbat, & Monachi in Baptismo, & Confirmatione aliquem susciperent, licet peccarent mortaliter, spirituales tamen cognationem contraherent. Nulla tamen est difficultas Episcopos, & Cardinales Religiosos posse munus Parrini in Baptismo, & Confirmatione exercere. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 31. alias 32. ibid.

24. An in Confirmatione unus solus possit adhiberi Parrinus? Et an si plures de facto teneant confirmatum, omnes contra hanc cognationem, quamvis non plures quam unus vir, aut femina accedere debeat? Et notatur, quod Pontificale Romanum vult, quod masculi feminis Parrini esse non possint, & è contra. Et queritur, an sit preceptum sumendi Sacramentum Confirmationis? Et an

nec venialiter peccet, qui secluso scandalo & contemptu, hoc Sacramentum omittet. Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 90. pag. 82

Nunc verò sequuntur reliquæ omnes aliæ difficultates, & quaestiones, quæ dispersæ sunt, inferuntur, vel obiter ab Authore adnotantur in cæteris aliis Tomis, Tractatibus, & Resolutionibus huius totius operis, quæ simul pertinent ad hunc Tract. 2. de Sacramento Confirmationis huius primi Tomi ad maiorem & clariorem noticiam omnium difficultatum, quaestionum, & Resolutionum huius totius operis.

a. **A**N Pontifex possit precipere sub peccato sumptionem Sacramenti Confirmationis? Et an sit preceptum divinum naturale obligans sub mortali ad susceptionem huius Sacramenti, si commode potest suscipi? Sed difficultas est quoad preceptum divinum positivum. Et an preceptum Concilii de prævia Confirmatione ante Tonsuram, & Ordines importet peccatum mortale, aut veniale? Et an Pontifex possit dispensare, ut infantes ante usum rationis confirmentur? Et an sine Pontificia dispensatione possint in aliquo casu infantes ante usum rationis confirmari ex iusta causa? Et docetur Sacramentum Confirmationis olim in primitiva Ecclesia, & postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse. Et an similiter in Oriente, & præcipue in Grecia & Æthiopia vetus consuetudo perseveret? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 47. & 46. Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 1. de Potest. Pontific. quoad Sacramenta ref. 9. & 10.

b. **A**n Pontifex possit delegare potestatem ministrandi Sacramentum Confirmationis? Et an sit de Fide Presbyterum posse esse Ministrum Confirmationis ex dispensatione? Et utrum Pontifex legitime electus, sed nondum in Episcopum consecratus possit hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere? Et an hæc concessa simplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice, vel si concessa est ex causa; cessante expiret? Et an Pontifex possit dispensare ad ministrandum Sacramentum Confirmationis Sacerdotem solum priori ordinatione consecratum? Et an hæc potestas concedendi facultatem simplici Sacerdoti ad administrandum Sacramentum Confirmationis, pertineat privative ad Summum Pontificem? Et an verò ex divina institutione, vel ex solo precepto Ecclesia oriatur, quod Episcopus non possit eam facultatem delegare in sua Diocesi? Ex part. 8. tract. 1. ex ref. 3. 4. & 5. Quæ hic reperientur in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis ref. 11. 12. & 13.

c. **A**n si Pontifex dispensaret sine iusta causa, ut simplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, dispensatio sit valida? Et an Pontifex possit variare modum benedictionis Chrismatum? Et infertur, an possit Pontifex indirecè efficere, ut nullus Episcopus validè hoc Sacramentum conferat? Et an Episcopus benedicens Sacrum Chrisma in statu peccati mortalis peccet mortaliter? Et an Pontifex possit permittere, ut Graci in Sacramento Confirmationis utantur hac forma: Signaculum doni Spiritus Sancti? Et an in forma laica hoc Sacramentum perficiatur ante expressionem divinarum Personarum? Et an talis expressio in forma huius Sacramenti sit essentialis? Et quid de aliis verbis: Signo te Signo Crucis, &c. Et confirmatur supra dicta sententia, in qua expendantur omnes difficultates, quæ continentur in præterita Resolutione. Ex part. 8. tract. 1. ex resolut. 6. 7. 8. 9. & 10. Quæ hic sunt in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis resolut. 14. 15. 16. 17. & 18.

d. *AN*



## & Resolutionum.

- habito de presenti? Et an Sacerdos peccet, si ita Confessionem audire incipiat? Et an sit probabilis opinio, quae docet ex praesumpta voluntate Superioris possit minus aliquem absolovere? Ex part. 3. tract. 4. resol. 68. ibidem
6. An revocatio sine justa causa facta Sacerdotibus secularibus non audiendi amplius Confessiones sit nulla? Idem est de Religiosis. Et an seculares Sacerdotes approbati etiam sine causa ab eodem Episcopo possint iterum ad examen vocari, sed non reprobari? Et quid circa hoc de Regularibus? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 21. pag. 87.
7. An in approbatione Confessariorum requiratur iudicium interius Episcopi de eorum sufficientia? Et an hoc idem dicendum sit de Examinatore? Et notatur, quod melius est Rusticis penitentibus habere aliquos Confessarios ab Episcopo approbatos etiam insufficientis doctrina, quam illos. Et sic Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrina etiam pro Rusticis approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, ut illas sacramentaliter absolvant. Ex p. 11. tract. 4. & Misc. 4. ref. 17. ibid.
8. Si datur licentia ad audiendas confessiones alicujus specialis, quaeritur, an exiret morte concedentis re integra? Idem est de facultate dispensandi. Et docetur hoc procedere à fortiori in facultate eligendi Confessarium data per Bullam, & Bullam Cruciatam, & in facultate excipiendi ordines extra tempora, vel non servatis interstitiis celebrandi in privato Oratorio, & in aliis similibus. Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 7. p. 88.
9. An Confessarius hic Panormi ab Episcopo approbatus possit Panormitanum absolovere Rome, Neapoli, vel aliis locis extra Diocesim? Et quid de proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem equiparantur Parocho? Ex p. 3. tract. 4. ref. 143. alias 144. p. 89.
10. An Confessarius etiam Regularis approbatus, v. g. ab Episcopo Neapolitano possit excipere confessiones Neapolitanorum in aliena Diocesi. Ex p. 10. tr. 14. & Miscell. 4. ref. 41. alias 39. p. 90.
11. Utrum Parochus, v. g. Messanenensis possit ex licentia Parochi Panormitani confessiones Panormitanorum in eius Parochia recipere absque approbatione Archiepiscopi Panormitani? Ex p. 3. tract. 4. ref. 159. alias 160. ibidem.
11. An Parochus possit exponere ad confessiones audiendas approbatus à quocumque Episcopo? Et quid, si Episcopus prohibet suis Parochis, aut Superioribus Regularium, ne Sacerdotes alibi approbatus ad audiendas confessiones in sua Diocesi exponant? Et an supra dicti Confessarii ex consensu Parochorum audientes confessiones possint puniri ab Episcopo, eo quod in aliena Diocesi confessiones auscultant? Et quid dicendum, si virtute Cruciate hoc faciunt absque nova approbatione? Et an Parochus possit concedere facultatem simplici Sacerdoti ad excipiendas suorum Parochianorum confessiones? Et notatur, quod Superior non potest juste punire subditum non obedientem ductum ad id probabilis opinione. Ex p. 3. tract. 4. ref. 109. alias 110. p. 91.
13. An post Concilium Tridentinum Parochi possint exponere ad confessiones suorum subditorum audiendas simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum? Et an saltem Parochus possit exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua Parochia? Et an Parochi per Bullam Cruciatam, Iubilaeum, &c. sint eligibiles per totum mundum ad confessiones audiendas sine approbatione Episcopi? Ex part. 3. tract. 4. ref. 145. alias 146. ibidem.
14. An sit opinio probabilis aliquorum Doctorum asserentium posse Parochum simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones suorum subditorum? Et notatur, quod Parochus non potest sibi eligere Confessorem, nisi ab Episcopo approbatum. Et an saltem possit Parochus deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, v. g. ut si nimium fatigatus sit in Hebdomada Sancta, vel tempore Inbilae, in quo concurrunt plures confessiones, & approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longe distantem? Et an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo? Et utrum Regulares quicumque etiam Societatis Jesu non possint administrare Sacramentum Penitentiae secularibus absque licentia Episcopi Diocesani, etiam si in alia Diocesi approbati sint? Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. ref. 75. p. 92.
15. An iam Parochos possint Episcopi aliquoties examinare? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 59. pag. 93.
16. An Confessarius dubius de sua jurisdictione possit confessiones excipere? Et advertitur, quod in tali casu non sint peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam jurisdictionem. Et notatur, quod Confessarius possit absolovere aliquando sub conditione de presenti dicens: Ego te absolvo, si habes usum rationis. Idem dicendum est, si judicare non possit, an penitens praebeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali. Et an sufficiat in his casibus habere huiusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam absque exteriori prolatione verborum? Ex part. 4. tract. 3. ref. 38. p. 94.
17. An quis teneatur aliquando confiteri cum Confessario, de quo dubitatur, an habeat jurisdictionem? ut verbi gratia, si non adest nisi Confessarius approbatus in aliena Diocesi. Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 111. pag. 95.
18. An Sacerdos surdus, non autem mutus possit aliquando Sacramentum Penitentiae ministrare, ut v. g. si quis necessitate pressus adimplendi praeceptum annuae confessionis, non habens alium Confessarium nisi surdum, teneatur per signa confiteri, vel scribere sua peccata, ut absolutionem obtineat? Et an penitens in tali casu excusetur ab obligatione Confessionis Quadragesimalis, quando non potest confiteri nisi per scriptum? Ex part. 5. tract. 6. ref. 19. ibid.
19. An Ecclesia tribuat jurisdictionem, quando adest communis error, sine titulo collato? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. ref. 43. alias 45. ibid.
20. De quibusdam confessionibus quoad earum validitatem. Et deducitur solum errorem communem absque titulo colorato sufficere ad validitatem confessionis, & jurisdictionis ad Sacramentum. Et observatur, quod in Germania excusantur, qui non observant leges Concilij Tridentini à suis majoribus non acceptatas. Et asseritur, quod in dubio, an lex fuerit usu recepta, non obligat. Et deducitur, quod Superiores Regulares, qui habent annexam Parochiam, & designant Vicarium, possunt illum designare absque Episcopi approbatione. Ex part. 11. tr. 1. & Misc. 2. ref. 69. p. 96.
21. An sit iteranda confessio facta cum Confessario, qui cum falsa licentia ordinarij excipit aliorum confessiones? Et quid est sentiendum, si penitens sciat privatum esse Confessarium jurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, & communis populus; an possit penitens ab ipso absolutionem petere, & valide conferatur? Ex part. 3. tr. 4. & ref. 121. alias 122. p. 97.
22. An aliqui Prelati Curiae Romanae possint eligere Confessarium virtute Cap. fin. de Penitentia. & remissionem. Et quid de Equitibus Divi Ioannis, Divi Iacobi, Alcantarae, Calatrave, &c. an possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario? Et quinam sint supradicti Prelati exempti in dicto Capite fin. Et curiam dicitur, quis sit habendus pro idoneo Confessario secundum declarationem Concilij Tridentini? Ex part. 10. tractat. 16. & Miscell. 6. resolution. 76. ibidem.

## Index Tractatum,

23. Enumerantur aliqui casus, in quibus secundum mentem aliquorum Doctorum confessio erit valida, licet non fuerit facta Confessario ab Episcopo approbato ad Ornatum Concilij Tridentini sect. 5. cap. 13. de reformat. In quibus casibus comprehenduntur Cardinales, & eorum familiares; Episcopi intra, & extra Diocesim, Episcopi titulares; Imperatores, Reges, & Regina; & de Confessariis à Parocho approbatis, & aliquid pro Regularibus etiam agitur. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. ref. 13. pag. 98.
24. Sequitur eadem materia, & in ordine specialiter ad Regulares. Et quamvis titulus huius Resolutionis videatur pertinere tantum ad Regulares, apponitur hac Resolutio in hoc tractatu ex eo, quod specialiter controvertitur, pro secularibus eligentibus pro Confessario Regularem, pro quibus diversis casibus in textu huius Resolutionis assignantur. Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. ref. 14. p. 100.
25. An sit melius, ceteris paribus, confiteri proprio Parocho, quam alicui privilegiato, ut sunt hodie Regulares? Et notatur certum esse, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi confessiones faciendas ex praecepto Concilij Tridentini, non tenetur etiam senel in anno confiteri Parocho; aut alio ulli de ipsius licentia. Ex p. 11. tract. 6. & Misc. 6. ref. 3. p. 102.
26. An si aliquis secularis confiteatur bona fide Confessario ab Episcopo non approbato, confessio illa valida sit? Et an in tali casu poenitens cum primum id novit, teneatur iterum peccata confiteri cum approbato? Et an Confessarius, v. g. approbatus Roma, si mutet domicilium, & proficiatur Mediolani, possit ibi audire Romanos, etiam si ibi non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi? Et an secularis mox ingressurus Religionem possit absolvi à Regulari non approbato ab Episcopo, sed à Prelato Regulari tantum? Et an Episcopus possit dare subditio potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem approbando talem, etiam si approbatus antea non sit? Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. refol. 16. p. 103.
27. An Confessio facta simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo sit nulla? Et quid, si in tali casu poenitens bona fide confiteatur non approbato seu alieno Sacerdoti; vel si Sacerdos etiam bona fide illum audiat? Et an talis confessio iteranda sit habenti jurisdictionem circa illam? Et notatur, quod Sacerdos sine approbatione absolvens non incurrit aliquam censuram, aut irregularitatem. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 52. p. 105.
28. An qui bona fide confitetur cum Confessario valde ignorante, teneatur postea confessionem iterare? Et deducitur, quod quando quis integrè fessus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamvis enim Confessor simili dubio teneatur, non est iterum confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctor factus, aut aliis consultis, novit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita. Ex p. 3. tr. 4. ref. 120. alias 121. p. 107.
29. An poenitens teneatur reiterare confessionem factam bona fide cum Confessario ignorante, licet peccaverit Sacerdos, nisi bona fide excusetur? Et an in casu ignorantia proprii Parochi possit poenitens confiteri alicui Sacerdoti absque licentia proprii Parochi? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 201. ibid.
30. An Confessio facta Sacerdoti ignorantem ea, quae communiter scire tenetur, sit invalida, & iteranda, & peccet talis Sacerdos istud Sacramentum ministrans? Et an si poenitens confiteatur Sacerdoti sic ignorantem, ejus ignorantiam advertens peccet mortaliter? Et inferitur, quod quamvis poenitens confiteatur aliquod peccatum ut veniale, quod verè sit mortale, non tenetur postea poenitens iterum confiteri tale peccatum; quia non est de essentia huius Sacramenti, ut Sacerdos, & poenitens cognoscant totam gravitatem culpa. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 22. p. 108.
31. An propter ignorantiam proprii Parochi possit subditus eligere sibi alienum Sacerdotem in Confessarium? Et an liceat eligere Confessarium, relicto proprio, quando scilicet ille proprius nequam est adeo, ut poenitens merito timeat sibi damnum grave ab illo? Et an qui habet facultatem eligendi Confessarium sibi, possit eligere simplicem Sacerdotem non approbatum? Et quid de Episcopis, Cardinalibus, & Regularibus circa hoc? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 30. p. 109.
32. An qui in articulo mortis confitetur Confessario proفسus ignaro, confessio, hoc non obstante, esset valida? Et an in tali casu, si ager, v. g. convalescit, teneatur de novo iterum illa peccata confiteri? Et an supra dicta procedant non solum in casu extremae necessitatis, sed etiam in gravi necessitate? Et quid est dicendum, & faciendum, si aliquis bona fide confiteatur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum? Et docetur peccare, qui ineptum, ignarum, indoctum, & non idoneum eligit Confessarium. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. ref. 10. p. 110.
33. In quodam Monasterio Monialium quidam Confessarius inter audiendas confessiones aliquando dormiebat, unde non intelligebat aliqua peccata, quae serunt à me postea, an dictae Confessiones essent iteranda? Ex p. 3. tract. 4. ref. 108. alias 109. p. 111.
34. An si Confessarius non intellexit integra peccata poenitentis, sit ab ipso iteranda tota Confessio, si bona fide fuerit facta, vel teneatur poenitens repetere sola peccata non intellecta à Confessario? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 198. ibid.
35. Utrum, quando confessio repetenda est cum eodem Confessario, quia fuit invalida, & unico verbo poenitens confitetur peccata in confessione invalida distinctè confessa, possit Confessarius absolutionem impendere, si non solum non recordetur peccatorum, sed etiam neque poenitentiae impostae? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. ref. 203. p. 112.
36. Quomodo agendum est cum poenitente confessionem invalidam faciente, dicente tamen: Accuso me de omnibus peccatis, quae in confessione invalida aperui, & de peccatis, v. g. quae tacui, absque eo, quod repetat distinctè peccata invalide confessa? Et quid, si in dicto casu Confessarius non recordetur de statu poenitentis in communi, quem tunc habebat poenitens, vel saltem poenitentiae injunctae, &c.? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 51. ibid.
37. An propter confessionem invalidam sint iterum peccata omnia Confessario aperienda? Et datur doctrina, quid in tali casu poenitens debeat facere, si confiteatur cum Confessario, qui audivit confessionem sacrilegam, & invalidam, & quid, si cum alio Confessario confiteatur, & quomodo peccata debeat explicare. Et tandem advertitur posse frequenter accidere, quod poenitens, qui diu eidem Confessario confessus est, possit uno verbo reiterare omnes illas confessiones dicendo: Accuso me de his omnibus, quae tibi in aliis confessionibus confessus sum, &c. Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 41. p. 113.
38. An quando confessio fuit invalida vel ex parte poenitentis, vel ex parte Confessarii, & poenitens cum eodem Confessario confitetur, an teneatur de novo peccata explicare, si saltem neque Confessarius in Confusio statum poenitentis recordatur; & si illum ita tamen absolvit, an dicta absolutio sit invalida? Et in dicto casu, an Confessarius peccaverit, sed non teneatur movere poenitentem de aliqua re, sed de peccato poenitere? Ex p. 3. tract. 4. ref. 122. alias 123. p. 115.
39. An si proprius Sacerdos injustè neget licentiam alteri confitendi peccata, confessio facta alteri sit valida quia

## & Resolutionum.

quia sic jure petita, videtur ipso jure concessa; vel si alius non adest, & subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, vel fama confiteri non potest, possit in tali casu se gerere tanquam copiam non habens Confessarij, & sic in Paschate non frangat preceptum, si non confiteatur, & eliciendo alium contritionis poterit Sacramentum Eucharistia sumere; Et deducitur, quod ipso jure confetur concessa licentia, quando professus impune transit in strictiorem Religionem, petita à Prelato licentia, quam ille injuste negat, & quando Episcopus Regularibus legitime, & digne presentatis negat injuste licentiam audiendi confessiones. Ex p. 3. tr. 4. ref. 79. pag. 116

40. An Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per seipsum, sed per alios ministrat Sacramentum Penitentia, & Eucharistia, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere? Et notatur, quod habitatio Parochi, ut declaravit Sacra Cardinalium Congregatio, debet esse prope Parochiam, id est ad modicam quantitatem? Ex p. 3. tr. 4. ref. 155. alias 156. ibid.

41. An Parochus semel, vel bis denegans subditum in confessione audire, rationabiliter illam petentem, excusetur à peccato mortali? Et notatur Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi providit de alio bono, & apto, cui possit confiteri, nisi forte aliqua specialis subditi necessitas exigat, ut ab ipso Parocho audiat. Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 29. pag. 117.

42. An Parochus teneatur audire confessiones subditi, quoties ille voluerit confiteri sub pena mortalis? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. ref. 2. p. 118.

43. An si in aliqua Synodo Diocesana prohibeatur audiri confessiones in domibus privatis sub pena suspensionis, dictae confessiones sint nullae? Et quid, si prohibeatur, ne audiantur confessiones mulierum in Ecclesia ante Oriam, vel post Occasum Solis, vel extra sedem confessionalem. Et an in dicto casu Confessarius ministrando peccet, & incurrat irregularitatem? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. 2. ref. 73. p. 119.

44. Quidam confessus est cum Sacerdote, quem sciebat in statu peccati mortali esse, habens commoditatem confitendi cum alio, queritur, an peccaverit mortaliter, & confissio illa fuerit nulla? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 21. ibid.

45. An pueri statim post usum rationis teneantur præceptis Ecclesiae confessionis, Eucharistia, &c. & à lacticiis, & carnibus abstinere in diebus jejuni? Et an quando dubium est puerum habere usum rationis, presumentium sit habere, & esse obligatum, si implevit septennium? Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. r. 87. ibid.

46. An post septennium in dubio censeantur pueri habere usum rationis, & sic teneantur confiteri, Eucharistiam sumere, non comedere carnes in diebus jejuni, &c. Et an pueri teneantur confiteri non comedere carnes, &c. si ante septennium constet habere usum rationis? Et an ante septennium in dubio, an puer habeat usum rationis, presumentium sit non habere? Ex p. 4. tr. 3. ref. 52. ibid.

47. An pueri teneantur ad annuam confessionem, & ante septennium usum rationis obtinuerint? Et docetur puerus ante septennium, si adepti fuerint usum rationis, posse comedere carnes in Vigiliis, Quadragesima, &c. nec teneri ad annuam confessionem. Et notatur fatuus, & Insidibus tempore jejuni posse carnes ministrari, quia non subdantur legibus Ecclesiae. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 37. p. 120.

48. An Papa teneatur sub mortali ad confessionem peccatorum semel in anno? Et quid de Horis Canonicis, de jejuniis, &c. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 3. p. 121.

49. An qui habuit facultatem eligendi Confessarium pro una vice, possit pro obliis uti illa facultate? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 28. ibid.

50. An quis satisfaciat præcepto Ecclesiae cum confessione voluntarie nulla, quia sine dolore proposito, &c. Et notatur, quod talis invalide absolutus licet non satis-

faciat præcepto Ecclesiae, tamen liberatur à reservatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absolvendi. Et an per dictam confessionem possit vitare penam excommunicationis in Constitutionibus Episcopalibus impostam? Et an pueri statim post usum rationis incurrant dictam excommunicationem, vel necesse sit, ut quatuordecim annos habeant ad incurrendam excommunicationem, & ita pueri excusentur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 119. alias 120. p. 122.

51. Petrus confessionem fecit in die Nativitatis Domini, sed postea in multa peccata incidens, tempore Quadragesima, scelera illa Confessario non exposuit; queritur, an illa prima confessione satisfacit præcepto Ecclesiae annuae confessionis? Quod est querere, an fidelis satisfaciat præcepto confessionis quocumque anni tempore confitendo, vel teneatur confiteri tempore Quadragesima? quid est dicendum, si post confessionem peccavit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superveniat? Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. ref. 54. ibid.

52. An si quis, v. g. in Nativitate confessus est, teneatur postea confiteri, si sequenti Paschate à Communionem accipiendam impediatur? Et an ex justa causa usque ad Pentecosten, Confessionem, & Communionem differre possit? Ex p. 3. tr. 4. ref. 81. p. 123.

53. An qui intra annum confessus est, teneatur in Quadragesima confiteri nova peccata mortalia? Et in casu supradicto an talis in anno sequenti teneatur confiteri illa peccata commissa post confessionem anni praeteriti, & cum tali confessione effecta in anno sequenti satisfaciat etiam præcepto anni sequentis? Et an annus pro implatione dicti præcepti computandus sit à Ianuario à Ianuario; vel à Quadragesima in Quadragesimam; vel à Paschate in Pascha? Et si quis v. g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia; an, inquam, teneatur ex præcepto annuae Confessionis confiteri intra illum annum dicta peccata mortalia? Et cursum notatur, quod qui anno praecedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, teneatur magis probabiliter à principio anni sequentis ad confessionem illorum. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 206. ibid.

54. An si quis non adimpleverit præceptum confessionis, si elapso anno postea confiteatur, satisfaciat illa unica confessione utrique obligationi tam & anni praeteriti, quam & anni currentis? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. ref. 80. pag. 124.

55. An qui in Paschate non adimplevit præceptum confessionis, teneatur primo quoque tempore confiteri? Et an qui non est confessus in periculo mortis, cum habere conscientiam peccati mortalis, teneatur postea quamprimum confiteri, quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 129. alias 130. pag. 125.

56. Qui in confessione Paebatis omisit aliqua peccata per oblivionem, & postea statim de illis recordatur, queritur, an teneatur illa statim confiteri; vel possit dimittere ea usque ad confessionem sequentis anni? Ex p. 3. tr. 4. ref. 123. alias 124. ibid.

57. Quando quis ex aliqua justa causa in confessione non confitetur aliquod peccatum, teneatur statim alteri confiteri, vel possit non confiteri usque ad tempus, in quo obligat præceptum confessionis? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 54. p. 126.

58. An peccatum ex justa causa omisum in confessione sit statim alteri Confessario, data opportunitate, confitendum, vel possit differri ad tempus annuae confessionis? Et notatur, quod peccata, quae ex rationabili causa taceamus, sat est, ut detestentur attritione sicut alia, quae in confessione explicantur? Etiamque advertitur eum, qui habet justam causam tacendi aliquod peccatum, non posse plura reticere, quam postulat justa causa, unde si habet justam causam

# Index Tractatum,

- causam tacendi furtum exterium, vel peccatum reservatum, tenetur confiteri se habuisse voluntatem subripiendi, & actum internum, in peccato reservato. Et queritur, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reservata, tenetur illa cum non reservatis Confessario manifestare, si non haberet potestatem in reservata. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 57. alias 56. ibid.
59. An omittens per unum annum confessionem, toties peccet, quoties non confitetur, oblata confitendi opportunitate? Ex part. 3. tract. 4. ref. 134. alias 135. p. 127.
60. An quis in Paschate tenetur confiteri peccata venialia, ut adimpleat preceptum, si mortalia, quae habet, ratione alicujus periculi, vel alterius infamia minime confiteri possit? Ex p. 3. tr. 4. ref. 75. ibid.
61. An quis in Paschate tenetur confiteri peccata venialia, saltem si peccata mortalia habet, quae ex justa causa non debet aperire in confessione? Et an Ecclesia sacramentalem confessionem de venialibus precipere minime possit? Et an Clementina unica de statu Monachorum, ubi praecipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense confiteantur, non obliget sub mortali, si habent tantum venialia? Et quid est dicendum, si Monachi etiam peccata mortalia habeant? Ex p. 3. tr. 4. ref. 124. alias 125. p. 128.
62. An si quis habens peccata mortalia, quae ex justa causa non potest aperire Confessario, tenetur saltem confiteri peccata venialia, ut adimpleat preceptum confessionis? Et an saltem sub veniali ex precepto Ecclesiae tenetur confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret? Et an qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialis, tenetur saltem ex vi precepti confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, &c. Et quid si adfit scandalum? Ex part. 1. tract. 6. & Misc. 6. r. 61. alias 59. ibid.
63. An qui peccatum mortale commisit, si timeat grave damnum, si illud confiteatur, tenetur illud saltem in genere confiteri? Et in dicto casu, si ex justa causa tacet peccatum, tenetur ad contritionem illius perfectam? Et an tenetur, cum primum possit confiteri tale peccatum, vel possit illud confiteri, cum accedat tempus, in quo obligat preceptum confessionis? Et quid faciendum est in eventum, quo communionem sine gravi scandalo praeferre quis non possit, si confessio est adeo longa, ut tunc perfici non possit? Idem est, quando Parochus deserit Eucharistiam aegroti, & petit reconciliationem, &c. Et an quando preceptum confessionis instat, & vir ignota lingua non habet copiam Confessarii, qui illum plene intelligat, possit absolvi, auditis his peccatis, qui aliquo saltem modo percipi poterint à Confessario? Idem asseritur de muto, surdo, aut balbutientis lingua. Ex part. 1. tract. 8. & Misc. 8. ref. 45. p. 129.
64. An quando adest periculum obliviscendi multa peccata, tenetur quis jure divino confiteri etiam ante annum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 154. alias 155. p. 130.
65. An tenetur prevenire confessionem, qui timet, quod quando obligabit confessio, non erit copia Confessarii? Idem est de precepto communionis, & auditionis Missae. Ex p. 3. tr. 4. ref. 69. ibid.
66. An extra articulum, & periculum mortis vigeat preceptum divinum confitendi peccata? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 38. pag. 131.
67. Dato, quod preceptum divinum Confessionis obliget extra articulum mortis, queritur, quo alio tempore obliget? Et an si Pontifex abrogaret preceptum Ecclesiasticum confitendi singulo anno, remaneret preceptum divinum vage, & indeterminate? Idem est de precepto Eucharistico, in quo casu valide, sed illicite Pontifex posset abrogare Eucharisticum preceptum. Et quid cum aliquo in particulari in utroque casu? Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 39. p. 132.
68. An preceptum confessionis obliget propter periculum incidendi in plura peccata, si differatur confessio? Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. ref. 60. alias 62. p. 133.
69. An propter periculum incurrendi nova peccata teneantur fideles ad confitendum frequentius, quam semel in anno? Et an saltem sit obligatio sub mortali sepius intra annum elicere actum contritionis propter vitandum periculum incidendi in nova peccata mortalia? Ex p. 7. tract. 12. Et Misc. 3. ref. 31. alias 29. ibid.
70. An penitens, qui lubricam, & debilem habet memoriam, tenetur scribere peccata? Et an quis peccet saltem venialiter adhibendo nimiam diligentiam & curam majorem, quam oportet, in scrutanda conscientia ante confessionem? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 46. p. 134.
71. An mutus tenetur confiteri per mutum, & signa? Et quid de ignorantia idonea Confessarii? Et cursum explanatur, quod amentibus à nativitate non est danda Eucharistia, nec quidem in articulo mortis, nisi quando aliquando erant mentis sua compotes, devotionem ostenderent in hujusmodi Sacramento. Et an Confessarius in tempore, quo obligat preceptum confessionis, possit absolvere mutum, qui praebet signa doloris, etiam si nullum possit ex ejus signis intelligere peccatum, & alius non adfit Confessarius, qui melius intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis? Ex p. 5. tr. 6. ref. 3. ibid.
72. An mutus, si sciat scribere, tenetur confiteri per scripturam, ut integram faciat confessionem? Ex p. 5. tr. 6. ref. 4. p. 135.
73. An surdus tenetur confiteri, & quid cum eo agere debeat Confessarius? Et si saltem sciat scribere, tenetur confiteri per scripturam? Ex p. 5. tr. 6. ref. 5. p. 136.
74. Exponitur casus Curiosus de confessione quadam, valida per literas; videlicet in Anglia aliquis Catholicus cum esset ad mortem damnatus, & Haereticus nollet pervenire confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad aliquem Confessarium; an possit per literas confiteri, & rogare Confessarium, ut se immisceat inter adstantes prope patibulum, & illum tunc praesentem, & Confessarium intuentem voce secreta illum absolvet? Et deducitur Confessarium posse absolvere moribundum, si internum, qui vocavit Sacerdotem nomine aegroti, & postea non adest praesens coram Sacerdote & aegroti, quando Sacerdos absolvit moribundum sensibus destitutum. Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 30. ibid.
75. An in Paschate, vel articulo mortis tenetur per scripturam confiteri, qui alio modo non potest, ut v. g. mutus, & surdus, vel infirmus, qui loqui non potest. Ex part. 3. tract. 4. ref. 127. alias 128. pag. 137.
76. An Confessio per literas aliquando possit esse valida post decretum Clementis VIII. Et an Sacerdos ita penitentem absolvens peccet mortaliter? Et an qui per literas, vel internum Sacerdoti peccata sua manifestavit, absente Confessario, possit absolvi postquam Confessarius accessit ad illum, dummodo adhuc vivat. Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 60. pag. 138.
77. An esset absolvendus, qui sine causa praeberet Confessario peccata scripta, & de illis praesente se accusaret? Et quid est dicendum, si quis magnum pudorem sentiret, si proprio ore peccata confiteretur; an peccet mortaliter, si per scriptum confiteatur praesente Sacerdote? Et quid si aegrotus per gutturis angorem confiteri absolute non possit, & scribere peccata facile possit? Ex p. 3. tract. 4. ref. 126. alias 127. ibid.
78. An in articulo mortis tenetur confiteri per interpretem, si quis alio modo non potest? Et quid pro adimplendo precepto annuae confessionis? Et difficultas est, quando quis in articulo mortis dubitat de sua contritione, an tunc tenetur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia? Vel in tali casu an possit confiteri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo se confiteri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit? Et an in tali casu interpret tenetur ad Sigillum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 128. alias 129. p. 139.

## & Resolutionum.

79. An in articulo mortis teneatur quis confiteri per interpretem? Et quid pro adimplendo praecepto annuae confessionis? Et quid est dicendum, quando poenitens existens in peccato mortali habet probabilem existimationem de sua contritione, & est in articulo mortis? Et quid maxime, si dubitatur de sua contritione, an tunc teneatur confiteri per interpretem, ne se exponat periculo aeternae damnationis? Et in dicto casu an possit poenitens ea peccata confiteri, quae cum minori infamia explicare potest, tacitis istis, ex quibus notabilis infamia sibi, vel alteri sequi potest? Ex part. 5. tract. 3. ref. 72. ibid.
80. An ex divino praecepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem? Et quid, si non esset securus de sua contritione, sed de ea dubitat? Et in tali casu, an sufficiat confiteri unum tantum peccatum mortale, & reliqua in genere? Et an satis sit aliqua peccata venialia confiteri? Et notatur aliquem posse valide confiteri per scripturam Sacerdoti praesenti, dando ipsi legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quae scripto tradit. Imo, & cum possit aliter confiteri, nullum est praeceptum prohibens talem confessionem. Sed difficultas est, an poenitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam a Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea? Et an, qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam? Et an si Confessarius fuit praesens, cum peccatum committeretur a poenitente, vel quia audivit, sufficiat poenitens dicere: Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, vel quod audivisti me commississe heri, vel nudius tertius? Ex part. 11. tract. 7. & Misc. 7. ref. 1. p. 140
81. An quis v.g. in India, vel in partibus infidelium timeat non posse habere Confessarium tempore mortis, teneatur anticipare Confessionem, ut adimpleat praeceptum divinum confitendi in articulo mortis? Ex quo sequitur infirmum qui perseverat in articulo mortis, seu periculo iterum peccatis mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. r. 37. p. 141
82. An servi Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarii, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? Ex p. 7. tr. 7. ref. 63. alias 62. p. 142
83. An meretrices, quae in Paschate non confesse sunt, priventur Ecclesiastica sepultura, & incidant in censuram aliquam Synodalem, si extat? Et an pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minimum duodecimum nati non sunt, nullo modo incurrant dictas poenas, si non confiteantur in Paschate? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 36. ibid.
84. An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non adest Sacerdos; unde confessio, quam faciunt nauta inter seiplos, imminente naufragio, reprobari videtur? Ex p. 5. tr. 3. ref. 73. p. 143
85. Quando obliget praeceptum contritionis? Et an qui peccavit, teneatur praecepto affirmativo habendi contritionem de peccatis jam remissis, quoties memoria occurrunt. Et quid, si Sacerdos administraturus sit Sacramentum, & non sit Sacerdos Confessarius, an tunc teneatur contri de peccato, quod habet? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 33. ibid.
86. An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam poenitentiam imperfectam? Dicitur imperfecta, quia ad perfectam, v.g. contritionem non tenetur. Et hac opinio procedit etiam quoad Religiosos, qui non statim, ac peccant, tenentur conteri. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 51. pag. 144
87. An existens in peccato mortali; quando elicit actum contritionis propter administrationem alicujus Sacramenti, teneatur ad examen conscientiae, & commemorationem omnium peccatorum? Idem queritur, quando quis ex defectu Confessarii ad vitandum scandalum celebrat absque praevia confessione. Et advertitur non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere unam pro omnibus. Sed docetur tamen sub praecepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 55. pag. 146
88. An qui confiteatur peccatum oblitum, vel peccata alias confessa iterum confiteatur, debeat necessario elicere novum dolorem? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. ref. 21. pag. 148
89. An quando quis confiteatur iterum peccata jam confessa, teneatur elicere novum actum contritionis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 115. alias 116. p. 149
90. An dolor de peccatis semper exigatur tempore absolutionis? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. ref. 31. alias 30. pag. 150
91. An in articulo mortis etiam post confessionem factam, tamen cum attritione cognita teneatur elicere actum contritionis omnium mortalium, quae in vita commissimus, quia praeceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 97. alias 98. ibid.
92. An in articulo mortis teneatur quis elicere actum contritionis, ita ut non sufficiat attritio cognita cum Sacramento? Ex p. 5. tr. 3. ref. 76. p. 151
93. An moriens, Confessario absente, teneatur revocare in memoriam omnia peccata, ut de illis postea eliciat actum contritionis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 117. alias 118. ibid.
94. An qui sero in examine elicit actum contritionis proponens sequenti die confiteri, sed postea in confessione nullum actum doloris exprompsit, confiteatur valide? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 67. ibid.
95. An actus doloris si per multum temporis precedat, sufficiat ad ejus validitatem? Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus, quo id censetur in re nostra? Et docetur, quod quando quis unius, aut alterius peccati statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget novo actu doloris. Item, quod quando quis iterum confiteatur eadem peccata, a quibus jam directe fuerat absolutus, non tenetur habere novum dolorem eorumdem peccatorum. Et notatur attritionem ob metum poenae Purgatorij sufficere ad valorem Sacramenti. Idem dicendum est de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni temporalis. Et tandem queritur, an attritio ob infamiam, aut mortem, quam iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale sit sufficiens ad effectum Poenitentiae suscipiendum? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 52. alias 51. p. 152
96. An dolor debeat precedere confessionem, & sit referendus a poenitente ad Sacramentum Poenitentiae, ut sit postea dolor sufficiens, quando poenitens confiteatur? Et an si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum; an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem, aut potius debeat iterari confessio, tanquam substantialiter invalida? Et an, si poenitens post dolorem novum peccatum committat, novum dolorem debeat elicere cadentem super omnia, vel an sufficiat de novo tantum peccato commissio dolore? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 37. pag. 153
97. An si poenitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante absolutionem, recipiat Sacramentum Poenitentiae. Ex p. 3. tr. 4. ref. 133. alias 134. p. 154
98. An in confessione peccatorum venialium sufficiat dolor virtualis? Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore supernaturali? Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit? Et an virtute Sacramenti tibi remittantur non solum ea peccata, quorum attritionem habes, sed etiam omnia alia, quorum complacentiam non habes. Ex p. 9. tract. 9. Et Misc. 4. ref. 31. pag. 155
99. An per unum tantum veniale novum peccatum censeatur retractatus dolor & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motivo universali? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 25. p. 156
100. An sit mortale aliquod veniale confiteri sine dolore?



# Index Rerum

- Et quid est dicendum de sententia asserentium penitentiam non esse necessariam ad remissionem venialium? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 22. p. 157
101. An in confessione venialium requiratur propositum non peccandi amplius venialiter? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. ref. 23. p. 158
102. An sit valida confessio venialium, si aliquis non habeat dolorem, nec propositum cavendi de omnibus? Et an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem, nec propositum cavendi habet? Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. tr. 38. p. 159
103. An possit quis, si non habet peccata mortalia confiteri in genere, v. g. se commississe peccatum contra Castitatem? Et quid, si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie? Et observatur, quod si quis peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat sit, ut dicat in generali se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie; sed ut unicum explicet, saltem oportet in specie peccatum, v. g. mendacii, furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam postea ea confiteri velit, saltem unum in specie explicare oportet, suppressis aliis. Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 35. p. 160
104. An ut quis integrè confitatur veniale peccatum possit explicare complicem? Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. ref. 41. ibid.
105. An sola attritio in homine iusto sit sufficiens ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum Penitentiae? Et an ad remissionem venialium extra & intra Sacramentum requiratur etiam propositum in posterum vitandi illa? unde si quis confiteatur multa peccata venialia, an sufficiat ad validitatem Sacramenti, si doleat tantum de aliquo, cum proposito de cetero illud vitandi? Ex part. 3. tract. 4. ref. 116. alias 117. p. 161
106. An attritio extra Sacramentum Penitentiae tollat peccata venialia in homine iusto? Et observatur non sufficere quamcumque attritionem, sed illam, quae oritur ex imperio Charitatis, aut illam, quae talis est, ut fervore suo adequet gravitatem talis peccati venialis. Et an alia opera bona iusti distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. tr. 31. ibid.
107. An attritio sufficiat ad justificationem in Sacramento ex solo motivo timoris, & non amoris? Et notatur, quod qui detestatur peccata ob aegritudinem, infamiam, nimiam paupertatem, prout à Deo infligi solent propter peccata, veram attritionem conciperet. Et docetur, quod quando quis iterum confitetur peccata jam confessa, non est obligatus ad novum actum doloris, vel attritionis. Et quod dispositus ante confessionem cum dolore peccatorum non indiget renovatione doloris, quando actu confitetur. Et quid est sentiendum de illo, qui addit aliquod peccatum statim post absolutionem? Ex part. 11. tr. 8. ref. 43. pag. 162
108. An ad Sacramentum Penitentiae sufficiat attritio de peccatis ob malum temporale, &c. ubi plura de attritione? Et an attritio ad Sacramentum Penitentiae sufficiens non debeat esse existimata contritio? Et notatur, quod non est necessarium, ut attritio ad Sacramentum Penitentiae requisita antecedit confessionem, sed sufficit, quod antecedit absolutionem. Et an ad effectum Sacramenti Penitentiae sit necessaria attritio omnium venialium? Idem dicendum est quoad dolorem de mortalibus antea legitime confessis. Et an sit habenda attritio, vel contritio de peccatis oblivioni traditis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 193. p. 164
109. An si quis accedat ad confessionem sufficienter attritus absque alio formali proposito non peccandi de cetero, recipiat gratiam, & confessio sit valida? Et advertitur, ut quis habeat propositum vitandi peccatum futurum non requirit, ut postmodò iudicet se constanter evitaturum peccata etiam mortalia, sed quod in presenti vere proponat, quantum in se est, illa vitare. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 66. p. 165
110. An ad effectum Sacramenti sufficiat implicitum propositum de cetero non peccandi, quod in ipsa detestatione peccati virtualiter continetur? Ex p. 3. tract. 4. ref. 118. alias 119. ibid.
111. An propositum non peccandi de cetero expressum, & formale sit necessarium confitenti in articulo mortis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 34. ibid.
112. Qui omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia vincibili oblitus, in qua oblivione peccavit lethaliter, nimirum, quia non adhibuit diligentiam necessariam in examinanda conscientia, queritur, an talis confessio fuerit invalida, & ideo iteranda? Et resolutio huius casus pendet ex illa questione, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita ut non teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod sit confessio informis, id est, non conferens gratiam; sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur cum intentione peccandi? Et in §. ultimo huius Resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando preparatio ad confessionem fuerit sufficiens ad validitatem confessionis? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 31. pag. 166
113. An detur confessio valida, sed informis non solum respectu examinis, sed etiam respectu doloris? Ex p. 3. tr. 4. ref. 65. p. 167
114. An confessio facta principaliter ex fine veniali sit valida? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 212. ibid.
115. An mendacium de peccato veniali, quod est totalis materia confessionis, sit peccatum mortale? Et quid si tantum sit materia partialis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 95. alias 96. ibid.
116. An in mendacio facto in confessione, vel iudicio detur parvitas materiae? Ex p. 5. tr. 5. ref. 27. p. 168
117. An si peregrinus proficiscatur in aliquod oppidum non negotii causa, sed ut confiteatur Parocho illius, sit talis confessio valida? Ex quo inferitur, quod si aliquis in fraudem legis Concilii Tridentini, ut contrahat matrimonium sine testibus & Parocho, proficiscatur in partes, ubi Concilium non est usu receptum, an possit valide contrahere clandestine? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. ref. 28. ibid.
118. An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter? Et an hoc possit contingere in puero ratione atatis imbecille, sicut potest saltem ad tempus accidere in semisopito, semidormitibus, semicubris, & semimentibus? Ex p. 10. tr. 5. & Misc. 5. ref. 25. p. 169
119. Quidam puer usque ad decimum tertium annum non se accusavit de ordinariis pollutionibus, quas faciebat; sciens postea hoc esse peccatum mortale, dubitatum fuit à multis Confessoribus, an teneatur repetere omnes Confessiones? Idem est dicendum de circumstantiis peccati ommissis, & de numero peccatorum non expresso in confessione. Et docetur, quod quando confessio nulliter facta fuit, & postea alia intermedia facta sunt vero dolore, &c. tunc non est opus omnes praeteritas confessiones iterare. Ex p. 3. tr. 4. ref. 107. alias 108. ibid.
120. An qui nunquam confessus est desideria prava carnis, furti, odii, &c. quia non putabat esse peccata, teneatur reiterare confessiones? Et an saltem, si non teneatur reiterare confessiones, teneatur tamen confiteri illa praedicta desideria prava? Et an qui per ignorantiam crassam temere, & erroneè aliquod peccatum omisit in confessione, teneatur confessionem reiterare? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 21. alias 19. p. 170
121. Quidam Rusticus per multum tempus ignoravit Mysteriorum Trinitatis, queritur, an teneatur reiterare confessiones factas? Et quid facere debeat Confessorius cum poenitente, qui interrogatus de numero peccatorum dicit se non esse solitum in praecedentibus confessionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari; an talis debeat repetere confessiones praecedentes? Et in calce huius resolutionis aliqua alia advertuntur, pro Confessoribus cum poenitentibus Rusticis, vel bona fide consentientibus. Ex p. 5. tr. 13. Et Misc. 1. ref. 84. ibid.

## & Resolutionum.

122. *An Confessarius teneatur interrogare penitentem sub onere peccati mortalis? Et quanta interrogatio in aliquibus casibus necessaria sit ex parte Confessarii, ut peccatum huius negligentia, seu omissionis evitet?* Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. ref. 33. alias 31. ibid.
123. *In quibus casibus confessio erit valida, & tamen non integra materialiter? Et pro praxi huius difficultatis adducuntur quinque diversi casus in textu huius Resolutionis, cuius doctrina extendenda est ad alios similes casus, & questiones.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 130. alias 131. p. 171.
124. *An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inveniat illum multis confessionibus invalidas fecisse, quid facere debeat Confessarius?* Ex p. 5. tr. 3. ref. 75. p. 172.
125. *An quando quis ratione scandalum debet sumere Eucharistiam, & confessio est adeo longa, ut perfici non possit, & timeretur actum contritionis a penitente elicendum non fore, esset in tali casu confessio dimidianda, & penitens absolvendus?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 53. ibid.
126. *An si quis probabiliter iudicat se se non peccasse mortaliter, vel jam esse confessum tale peccatum, si probabiliter etiam iudicat contrarium, teneatur confiteri? Sed difficultas est, quando penitens probabiliter iudicat se peccasse, vel non esse confessum tale peccatum, an tunc debeat confiteri tale peccatum? Et notatur, quod nullus, etiam si scrupulis non sit vexatus post medicamentum adhibitam in discussione conscientia sua perquisitionem, in ordine ad confessionem peccatorum efficiendam, teneatur ulterius de ante acta vita cogitare, ideoque si aliquid occurrat non explicatum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere illud jam fuisse memoratum, quod est valde notandum ad tollendum multos scrupulos.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 106. alias 107. ibid.
127. *An qui iudicat magis probabiliter aliquod peccatum commississe, vel confessum minime esse, teneatur illud confiteri? Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat se periculo errandi circa integritatem confessionis?* Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 113. p. 173.
128. *An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in confessione aliquod peccatum, teneatur repetere confessionem illam, vel solum peccatum omisissimum? Et supponitur, quod qui voluntarie aliquod mortale in confessione omisit, confessio est nulla, ideo iteranda. Et quid si magis inclinet, quod non sit confessus tale peccatum, an teneatur repetere confessionem talem? Idem est, si magis inclinet penitens, quod ex malitia taceat peccatum. Et asseritur tunc non esse reiterandam confessionem, quando non fuit manifestum aliquod peccatum bona fide, & ex ignorantia, & sufficere tantum illud confiteri. Et inferitur, quod si quis dubitat, & magis in eam partem inclinat, ut votum emiserit, & sic iustitiam voti habet, non teneatur ad votum, neque ad partem pro ratione huius majoris propensionis. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 14. alias 12. ibid.*
129. *An confitens v. g. fornicationem, de qua dubitat, an illam alia confessus sit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? Ex quo colligitur penitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post ultimam confessionem commississe, nisi ob aliquam particularem circumstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem necesse sit hoc exprimere.* Ex p. 4. tr. 3. ref. 65. p. 174.
130. *An peccata dubia sint materia necessaria confessionis?* Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. ref. 2. ibid.
131. *An peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Et advertitur, quod si quis confessus est peccatum ut certum, quia sic putabat, postea vero habet dubium, non teneatur illud ut dubium iterum confiteri nisi foret*
- ex alio capite. Et notatur explicandas esse circumstantias peccati, sive tanquam conditionaliter certas, sive etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circumstantia mutant speciem, &c. Verum advertitur, quod quando aliquis confitetur de peccato dubio adiungendum est aliquod peccatum certum. Quando autem quis confitetur peccatum de quo dubitat, an alias confessus est, non teneatur dicere se dubitare, an confessus fuerit. Nec penitens teneatur dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam circumstantiam mutantem speciem.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 44. p. 176.
132. *An qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, teneatur illud sub tali dubio confiteri.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 60. p. 178.
133. *An Sacerdos, si ante celebrationem, vel laicus ante Communionem dubitet, an commiserit aliquod mortale v. g. an consenserit morose delectationi, teneatur confiteri? Ex quo deducitur, an peccata lethalia, & si dubia materia sint confessionis?* Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 31. ibid.
134. *An qui dubitat, utrum commiserit peccatum mortale, nec ne, teneatur illud confiteri? Et notatur, quod doctrina huius questionis procedit, quando penitens est in dubio puro; scilicet autem si haberet assensum probabilem circa factum, quod iudicet vel nullum commississe peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale, excepto fortasse mortis articulo propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certius providere tenetur. Et docetur, quod si post confessionem huius peccati in dubio confesso penitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quod tale peccatum fuerit mortiferum, obligari penitentem iterum in confessione manifestare illud ut certum.* Ex p. 4. tract. 3. ref. 5. p. 179.
135. *An in vero dubio an habuerit peccatum mortale, quis possit sumere Eucharistiam sine confessione? Ex quo sequitur, an adsit obligatio confitendi peccata dubia?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 44. p. 180.
136. *An si quis habeat tantum peccata dubia, teneatur praemittere confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiae, vel celebrationem Missae? Et an qui praemittit confessionem de peccato dubio pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certum, teneatur ante illius sumptionem iterum illud tanquam certum confiteri?* Ex p. 9. tract. 3. ref. 6. ibid.
137. *An penitens, qui confessus est de peccato dubio, si postea scit certo, vel probabiliter illud peccatum commississe, vel fuisse mortiferum, teneatur illud iterum confiteri? Et additur hoc non procedere, quando penitens integrè passus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale. Quamvis enim Confessor simili dubio teneatur, non est iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alteruter doctor, vel alius consultis norit id peccatum esse mortale.* Ex part. 3. tr. 4. ref. 90. alias 91. p. 182.
138. *An peccatum confessum ut dubium debeat cessante dubio, iterum ut certum confiteri? Ex quo deducitur quid est dicendum in praedicto casu, si exprimenda essent circumstantia peccati dubij confessi?* Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 31. ibid.
139. *An peccata dubia confessata ut dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda? Et an peccata dubia sint in confessione aperienda?* Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. ref. 79. p. 183.
140. *An sit preceptum de praemittenda confessione ante sumptionem Eucharistiae? Et an sit divinum aut Ecclesiasticum?* Ex p. 9. tract. 3. ref. 1. p. 184.
141. *An opinio asserens preceptum de praemittenda confessione ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico sit saltem probabilis? Et observatur, quod si sententia asserens confessionem ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico est vera, sequitur*

## Index Tractatum,

- quod consecranda possit tale preceptum tollere, vel in ipso Summum Pontificem dispensare. Ex p.9. tr.3. ref.2. ibid.
142. An si quis per revelationem sciret se esse iustificatum, teneatur adhuc ante Eucharistiam confessionem praemittere? Idem est de eo, qui certo novisset se in ventre matris fuisse sanctificatum, adhuc tenetur ad Baptismum suscipiendum. Ex p.9. tr.3. ref.3. p.185.
143. An qui ante Missam, vel ante communionem confessus est, si postea recorderetur alicuius peccati, teneatur illud confiteri antequam sacrificet, vel communicet? Ex p.9. tr.3. ref.4. ibid.
144. An si quis in ordine ad communionem confessus est, & postea recordatur de aliquo peccato inculpabiliter obliato, teneatur illud confiteri antequam Sacram Synaxim sonat? Et deducitur, an preceptum confessionis ante communionem sit Apostolicum, & de iure Ecclesiastico, & non divino. Ex p.11. tr.8. & Misc.8. ref.40. p.87.
145. An quando quis constituitur de isto peccato obliato, teneatur de illo elicere novum actum doloris, & contritionis? Hoc intellige de illo, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliviscatur unum peccatum in prima confessione, quando peccatum hoc obliatum constituitur. Et an teneatur elicere actum doloris sub poena peccati mortalis, qui tantum peccata venialia constituitur? Et ad confirmandam doctrinam supra dictarum difficultatum adducitur, quod aqua post quam semel abluit, potest iterum assumi pro novo Sacramento ad abluendum, & oleum ad unguendum; & sic de aliis Sacramentalibus habentibus materiam perseverantem. Ex p.9. tr.3. ref.5. p.189.
146. An si quis accessit ad linteum Sacra mensa, ut communicet, si recorderetur alicuius peccati mortalis, teneatur surgere, & Confessarium adire? Et an in tali casu, si solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absolvere, tunc teneatur eidem prius confiteri? Ex p.9. tr.3. ref.8. ibid.
147. An teneatur praemittere Confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Eucharistiam? Et an verò, qui est in articulo mortis, possit communicare absque praevia confessione, si non potest confiteri absque interprete? Et advertitur laicum positum ad linteum communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam esse censendos non habere copiam Confessarii, atque adeo posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere. Ex p.9. tract.3. ref.10. pag.190.
148. An si quis in periculo vitae possit sumere Eucharistiam absque praevia confessione? Et pro praxi huius questionis adducuntur aliqui diversi casus in §. primo huius Resolutionis. Et docetur, quod quando quis morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi forte qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet confessionem etiam nutibus factam percipere, ac penitentem sine interprete intelligere; tunc enim licite potest Eucharistiam accipere absque confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam. Ex p.9. tract.3. ref.16. ibid.
149. An simplex Sacerdos, deficiente copia Confessarii, possit celebrare contritus, dum iter facit propter Missam precepti, quam tenetur audire, modo deficiat Missa, quam ab illo possit audire? Et curissime inferunt, an in dicto casu teneatur cum sola contritione celebrare? Ex p.2. tract.14. ref.63. p.191.
150. An talis Sacerdos simplex, etiam non Parochus possit celebrare Missam sine praevia confessione, dum non adest Sacerdos, ut alij Missam audiant, & non est alius, qui celebret? Ex quo breviter deducitur posse Sacerdotem in articulo mortis, si non adest copia Confessarii, celebrare contritum, ut egrotus preceptum
- communione adimpleat. Ex p.2. tract.14. ref.64. ibid.
151. An Sacerdos possit celebrare, si non adit Confessarium, ut ipse, vel alij satisficiant precepto audiendi Missam? De Parocho non est dubitandum. Ex p.9. tr.3. ref.9. ibid.
152. An Sacerdos, ut ipse, & alij adimpleant preceptum Paschale, possit absque praevia confessione celebrare? Ex quo inferunt aliter dicendum esse de Communionis debita ex voto, aut etiam ex precepto. Ex p.5. tr.13. & Misc.1. ref.63. p.192.
153. Ad implendum preceptum annuae communionis possit quis celebrare, vel communicare sine praevia confessione? Et notatur, quod probabiliter potest quis elicere actum contritionis & celebrare, vel communicare sine praevia confessione, quando cum peccatis non reservatis habet peccatum reservatum, & adest Confessarius, qui solum habet potestatem in non reservata. Ex p.4. tr.4. & Misc. ref.96. p.193.
154. An si quis tempore Paschalis non haberet copiam Confessarii, possit celebrare, vel communicare non praevisa mortaliu confessione? Ex quo inferunt, quod quando concurrunt duo precepta, alterum Ecclesiasticum, & alterum divinum incompatibilia, divinum est servandum, & excusatur homo à precepto Ecclesiastico. Etiamque deducitur, quod ut quis adimpleat preceptum Ecclesiasticum de confessione annua, potest confiteri non integre, si nullus sit Sacerdos, cui possit integre confiteri, quamvis integritas confessionis sit precepti divini. Et an hoc preceptum de praevidenda confessione ante celebrationem sit tantum juris humani. Ex part.9. tr.3. ref.18. ibid.
155. An Sacerdos ad dandum Viaticum moribundo possit celebrare absque praevia confessione? Ex quo à fortiori inferunt, quod si Sacerdos, hausto insufficienti veneno, deficiente copia Confessarii, & sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, praevisa contritione, Missam celebrare, absque confessione, ut se ipsum communicare possit in eo mortis periculo, & etiam non jejunus in dicto casu. Et apparet dispar ratio, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine praevia confessione. Ex p.9. tract.3. ref.17. p.194.
156. An Sacerdos, si non adit copia Confessarii, possit absque praevia confessione perficere Missam, in qua Hostia consecrata celebrans mortuus est? Et an ad hoc teneatur? Et advertitur, quod seposito scandalo Sacerdos in mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem elicere. Ex p.9. tract.3. ref.14. ibid.
157. Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos praemittere confessionem adversus alios contrarium sentientes. Ex quo deducitur, quod quando privilegium est necessarium ad servandum aliquod preceptum divinum, tenetur homo uti privilegio, ut servet illud, quando vero preceptum est humanum, probabilis est sententia, quod non tenetur homo uti privilegio, ut si sit cessatio à divinis in aliqua civitate, & concedatur facultas alicui Ecclesiae, ut in illa agatur res Sacra, tunc probabile est, quod non tenetur populus audire Missam. Ex p.9. tr.3. ref.13. ibid.
158. An in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem, opus sit elicere actum contritionis? Et notatur, quod si talis bona fide putat se contritum, potest hoc Sacramentum sumere neque peccatum, si subdubiet, nun forte sufficientem habeat contritionem. Et quaritur, quando actum doloris, & contritionis elicere debet Sacerdos, cum deest copia Confessarii, & adesturgens necessitas celebrandi, an ante inchoationem Missae, vel ante consecrationem? Et quid si Sacerdos recorderetur de peccato mortali post consecrationem? Et deducitur, quod tangere Corpus Christi in peccato mortali

## & Resolutionum.

- non est peccatum mortale. Etiamque cursissime inferitur Confessarium non peccare mortaliter, si incipiat audire confessionem in peccato mortali, dum modo ante absolutionem conteri. Et tandem quaritur, an dari possit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati mortalis, v. g. ut si quis mox Eucharistiam est sumpturus, & in circulo de aliquo mortali recordatur? Ex p. 9. tr. 3. ref. 19. p. 195.
159. An sit sufficiens sola admiratio, ut Sacerdos possit absque previa confessione celebrare? Et cursim docetur, nomine scandalum in materia de qua loquimur comprehendere etiam admirationem populi. Ex p. 9. tr. 3. ref. 20. p. 197.
160. An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam a Superiore, ut absolvatur a reservatis, possit sine previa confessione Eucharistiam sumere, aut celebrare? Et an in predicto casu, hoc ipso, quod Superior Regularis neget predictam licentiam, possit is absolvi à supra dicto Confessario ex tacita concessione licentie Superioris, v. g. Provincialis, Generalis aut Papa pro illa vice? Et an hoc verbum pro illa vice, intelligatur pro una vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & denegatur à Superiore? Ex p. 9. tr. 3. r. 15. ib.
161. An Sacerdos, si post introitum recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur confiteri, si sine scandalo possit? Et notatur, quod in Missa solemnibus, vulgo dicitur Cantata si inter concionem, vel cautionem Sacerdos confiteri, omnino obligatus est ad faciendam confessionem, si ei aliquod peccatum in mentem venerit. Ex p. 3. tr. 4. ref. 48. p. 199.
162. An si quis in Missa recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri, si absque scandalo possit Confessarium habere? Et quid est dicendum, si nondum Missa est coepita, sed tamen jam Sacerdos ad Altare accessit, & tunc recordatur se non esse jejunum, vel esse excommunicatum, vel manere in lethali? Idem est sentiendum de laico jam parato ad communicandum. Et quid est faciendum, si consecratio coepita est, quando hac in mentem venit? Et an Sacerdos teneatur premittere confessionem, si antequam inchoet Missam, existens in Altari recordaretur de aliqua culpa mortali, si absque nota, & scandalo id facere possit? Et an quando celebratur Missa solemnibus cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis a quo possit absolvi per illum, qui Diaconi, aut Subdiaconi officio fungitur, an tunc teneatur confiteri uni ex illis? Et quid est sentiendum, si in Capella sint tantum talis celebrans, & Minister, qui cum possit absolvere? Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi teneatur confiteri tale peccatum se commississe in ipsa Missa celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi ut Diacono assistenti, antequam prosequatur Sacrificium? Ex p. 9. tr. 3. ref. 7. ibid.
163. An Sacerdos ante consecrationem teneatur confiteri, si sine nota possit? Et quid maxime de laico, qui antea confessionem premiserat, & ad lintem Altaris recordatur alicuius peccati obliti? Et an si Sacerdos statim post introitum recordatur peccati mortalis non teneatur accedere Confessarium, quanvis id fieri sine nota possit? Ex p. 3. tr. 4. ref. 77. p. 200.
164. An si Sacerdos ante Missam confessus est, & postea celebrando peccatum mortale in confessione oblitum in mentem venerit, utrum teneatur in tali casu elicere actum doloris & contritionis de illo peccato? Et cursim deducitur, quod quanvis quis in Paschate teneatur confiteri, tamen si non habeat copiam Confessarii, non tenetur conteri. Ex p. 2. tr. 14. ref. 48. p. 201.
165. An Sacerdos, qui post confessionem recordatur in Altari de aliquo peccato oblito, teneatur de illo conteri ante sumptionem Communionis? Et reprobat illa sententia, quod qui per oblivionem omisit aliquod peccatum in confessione, & postea de illo recordatus fuerit, non tenetur illud confiteri antequam celebret, sed in tempore, quo præceptum affirmativum confessionis obligat per se semel in anno. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 5. ibid.
166. An quando quis celebrat, & recordatur alicuius peccati in confessione facta obliti, teneatur ante consecrationem, & sumptionem Eucharistie de illo conteri? Et advertitur, quod in tali casu predicta confessionis, in qua peccatum fuit oblitum, si dolor non fuit universalis, absque dubio teneatur de illo conteri. Ex p. 9. tr. 3. ref. 12. p. 202.
167. Quid facere debeat Sacerdos, qui in Altari recordatur alicuius peccati mortalis, & non possit excitari ad contritionem elicendam, vel laicus jam iam recepturus Eucharistiam? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 98. ibid.
168. An præceptum confitendi quam primum, si quis sumserit Eucharistiam sine previa confessione in casibus superius explicatis, ut habetur in Concilio Tridentino sess. 13. cap. 7. sit divinum Ecclesiasticum? Et notatur quod qui non confitetur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto periculo non tenetur statim confiteri, & similiter, qui ministrat Sacramentum in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenetur statim conteri, vel confiteri. Ex p. 9. tract. 3. ref. 21. p. 203.
169. An præceptum confitendi quam primum, obliget sub mortali? Ex p. 9. tract. 3. ref. 22. ibid.
170. An Sacerdos, qui ex carentia Confessarii propter scandalum celebravit, teneatur quam primum confiteri? Et quomodo intelligenda sunt illa verba Concilii quam primum? Et notatur, quod dictum præceptum Concilii quam primum confitendi non extenditur ad laicos, nec ad Sacerdotem, qui infirmitate laici Eucharistiam accipit; secus si talis Sacerdos celebraret in die Parasceves; vel si assumeretur ad complendum Sacrificium ab alio inchoatum. Ex p. 2. tr. 14. ref. 60. p. 204.
171. Quo pacto intelligendum est illud verbum quam primum? Et si forte Sacerdos prima die habere commoditatem confitendi, non habiturus sequentibus diebus an tunc sane teneatur non differre confessionem, ne longiori mora retardetur? Ex p. 9. tr. 3. ref. 23. ibid.
172. An Sacerdos existens in peccato mortali si voluntarie non confessus celebrat, teneatur quam primum confiteri? Ex quo inferitur, quod Sacerdos, qui sui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non premissa confessione, non tenetur præcepto Concilii de confitendo quam primum. Et notatur aliquos excimere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitime confessus, tamen per oblivionem prætermisit aliquod peccatum, cuius subinde recordatur ante Missam, non habens amplius copiam Confessarii. Item si ex iusta causa prætermisit in confessione scienter aliquod peccatum, & si habens etiam peccata reservata non potuit de illis directe absolvi. Ex p. 9. tr. 3. ref. 26. p. 205.
173. An Sacerdos, qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque confessione, teneatur præcepto Concilii Tridentini sess. 13. c. 7. quam primum confiteri? Et an idem dicendum sit de illo, qui non premissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante communionem se esse in statu peccati mortalis? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 78. p. 206.
174. An si quis non habens copiam Confessarii, vel urgente necessitate celebrat cum interna voluntate, quod si adesset Sacerdos ad illum non accederet, teneatur hoc non obstante, quam primum confiteri? Et an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessoris, necessitate urgente, celebravit non premissa confessione, nec contritus, sed indigne? Et quid, si sine necessitate celebrat in peccato mortali? Ex p. 9. tract. 3. ref. 31. p. 207.
175. An Sacerdos, qui in die Parasceves Officium facit, urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarii hoc faciat absque previa confessione, teneatur quam primum confiteri? Ex p. 9. tr. 3. ref. 29. ibid.
176. An qui in peccato mortali existens celebravit in die Parasceves sine previa confessione, teneatur quam primum confiteri ex præcepto Concilii Tridentini sess. 13. c. 7. Et an in dicto præcepto comprehendatur ille Sacerdos, qui sine previa confessione Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post consecrationem consummat, & completi

## Index Tractatum,

- plet? Et docetur preceptum Concilij quam primum confitendi non obligare sub mortali, nisi ultra triduum. Et qui intra triduum non confitetur pro adimplendo precepto dicto Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora? Et an aliquando aliquis excommunicatus, urgente necessitate sacrificandi, vel communicandi, possit celebrare, vel Eucharistiam sumere, absque pravia confessione, vel contritione? Attente lege, obsecro hunc ultimam curiosum casum in §.ultimo hujus Resolutionis, quia hic titulus non potest illum breviter comprehendere, & significare. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 16. p. 208.
177. An Sacerdos, qui urgente necessitate complet Sacrificium ab alio inchoatum, etiam post consecrationem, teneatur, quam primum confiteri? Ex p. 9. tr. 3. ref. 30. p. 209.
178. An Sacerdos, qui in ipsa actione celebrandi recordatur alicujus peccati mortalis, licet tunc eliciat actum contritionis, teneatur postea quam primum confiteri: stante supra dicto precepto? Et quid est dicendum de Sacerdote, qui ex malicia celebrat non confessus, vel qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante communionem? Ex p. 2. tr. 14. ref. 61. ibid.
179. An Sacerdos teneatur quam primum confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem recordatur alicujus peccati mortalis? Et quid est dicendum de illo, qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, etiam post consecrationem, licet communicaverit, pramissa contritione? Et quid, si recordetur peccati obliti post sumptionem, vel finitam Missam? Et quid est sentiendum, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicujus peccati obliti mortalis recordaretur ante sumptionem? Idem est de eo, qui ante Missam confessus est omnia peccata mortalia prater unum, quod iustis de causis tacuit, vel de eo, qui habens casum reservatum, & non potest recurrere ad Superiorem, urgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori. Ex p. 9. tr. 3. ref. 24. p. 210.
180. An si post sumptionem Eucharistia Sacerdos recordetur alicujus peccati, teneatur quam primum confiteri? Ex p. 9. tr. 3. ref. 25. p. 211.
181. Quis confessus ante celebrationem, & ex oblivione omisit aliquod peccatum, queritur, an teneatur confiteri illud quam primum ex precepto Concilij Tridentini sess. 13. c. 7. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 97. ibid.
182. An Sacerdos, quando confessus est, & post celebrationem recordatur alicujus peccati obliti in dicta confessione, teneatur quam primum confiteri, ut impleat preceptum Concilij Tridentini sess. 13. c. 7. Et notatur, quod dictum preceptum Concilij tantum fuit latum pro celebrantibus, qui conficij mortalis, & non habentes copiam Confessarij, & urgente necessitate celebrarunt absque pravia confessione. Etiamque advertitur, quod si quis in scamno communitium recordetur mortalis posse absque pravia confessione communicare. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 6. ibid.
183. An si quis urgente necessitate celebrandi, casum reservatum cum omnibus aliis peccatis confessus sit cum inferiori Confessario, teneatur postea quam primum ex precepto Concilij Tridentini sess. 13. c. 7. confessionem facere cum Superiore? Et notatur, quod verba ista quam primum intelliguntur, ut Sacerdos postea confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 64. p. 212.
184. An Sacerdos non celebrans, sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote in peccato mortali, teneatur quam primum confiteri? Ex p. 9. tract. 3. ref. 28. ibid.
185. An laicus, qui urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij sumpsit Eucharistiam, teneatur quam primum confiteri? Et notatur, quod si homo immemor peccati mortalis non est confessus ante communionem, & ad linteam Altaris recordatur alicujus peccati mortalis, teneatur conteri de illo, & sic Eucharistiam sumere; si vero ante communionem confessus est, & ad linteam Altaris recordatur alicujus peccati mortalis obliti in confessione, tunc non tenetur de illo conteri, sed proponere illud confiteri suo tempore. Ex p. 9. tr. 3. ref. 27. p. 213.
186. An qui celebrat, vel sumit Eucharistiam, non pramissa confessione casu, quo eam pramittere tenebatur, committit duplex peccatum? Idem est de illo, qui non pramittit contritionem. Et observatur eum, qui intuitu reverentia Sacramenti Eucharistia prohibitis precepto aliquo positivo adhuc humano sumere Eucharistiam, (ut prohibetur excommunicato, & non jejunis, & qui ob aliquod speciale peccatum prohibetur quasi indignus), eam sumit in statu peccati mortalis, non committere duo peccata mortalia, sed unum tantum numero. Ex p. 9. tr. 3. ref. 32. p. 214.
187. Petrus in confessione accusavit se dicens adulterasse, sed postea cognovit se quinque tantum in peccato adulterij incidisse; queritur, an quando denuo confiteatur, debeat certum numerum declarare, & dicere se tantum quinque peccasse? Et hac Resolutio est generalis in aliis peccatis. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 25. ibid.
188. An si quis confessus est centies, plus, minusve, furatum, si postea certo sciat fuisse centum, teneatur excessum confiteri? Et in textu hujus Resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando obliget postea ad confitendum iterum peccata confessa sub his verbis plus, minusve. Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. ref. 59. alias 57. p. 215.
189. Quomodo intelligenda sunt illa verba plus, vel minus, quando penitens se accusat de numero peccatorum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 93. alias 94. p. 216.
190. An quando quis confiteatur commississe erga Deum blasphemias, addendo paulo plus, minusve, si recordetur se alius quatuor vicibus blasphemasse, teneatur has quatuor voces denuo confiteri? Et hac Resolutio est generalis in aliis peccatis. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 204. ibid.
191. An qui dixit Confessario se apud eum confessionem generalem facere velle, teneatur postea ei aperire omnia peccata mortalia? Ex p. 3. tr. 4. ref. 85. alias 86. p. 217.
192. Quis incidit in peccatum, & non vult Confessario manifestare, tunc illud omisit, sed cum illo fecit confessionem generalem, & inter alia peccata prius confessa, confiteatur etiam illud ultimum peccatum post ultimam confessionem perpetratum; queritur, an hoc facere possit? Ex quo deinceps, quod penitens non tenetur in confessione dicere se tale peccatum commississe post ultimam confessionem, nisi ob aliquam circumstantiam mutantem speciem necesse sit hoc exprimere. Ex p. 3. tr. 4. ref. 62. ibid.
193. An in confessione generali quis debeat explicare, quod peccata commissa post ultimam confessionem, non sunt amplius confessa? Et obiter notatur, ad hoc ut jejunium naturale frangatur in ordine ad sumptionem Eucharistia requiri nutrimentum esse id, quod editur. Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. ref. 22. ibid.
194. An quis peccet, qui duos Confessarios habens, eorum unum prius confiteatur mortalia, alteri postea solum venialia? Et an hoc sit peccatum per accidens, v. g. si ob hanc causam penitens morietur in aliqua occasione peccati mortalis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 131. alias 132. p. 219.
195. Quam parce, & caute se gerere debeant Confessarij in interrogantibus aliquorum peccatorum cum mulieribus. Ex p. 3. tr. 4. ref. 98. alias 99. ibid.
196. An inspirationibus divinis non correspondere sit peccatum, & benefaciant, qui de hoc se accusant in confessione? Et notatur, quod transgressio inspirationis oblata, quando offertur occasio frangendi preceptum non est distinctum peccatum à crimine transgressi precepti. Et an ut solent facere communiter penitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu Sacramentalis confessionis supra dictas resistentias circa divinas inspirationes? Et in textu hujus Resolutionis multa docentur, de quibus penitentes communiter se accusant, que peccata non sunt, de quibus erroribus aequum est Confessariis penitentes monere, & signanter in §. penult. & ult. hujus Resolutionis advertitur, quod plures penitentes uxorati se accusant, quod tempore habita copula, vel extra verba amatoria, & impudica cum uxoribus sunt colloquuti; & quod in actu conjugii

## & Resolutionum.

nimiam carnis delectationem sunt experti, quae ex Sententia Sanci nequaquam peccata sunt, de quibus Confessarij debent illos advertere. Ex p. 3. tr. 4. ref. 52. ibid.

197. Solent in confessione viri timorati se accusare de Ordinaris imperfectiōibus, v. g. confensisse divinis inspiratiōibus, quaritur, an hoc ab ipsis laudabiliter efficiatur? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 19. p. 220.

198. An Medicus teneatur relinquere infirmum nolentem confiteri? Ex p. 3. tr. 4. ref. 92. alias 93. ibid.

199. An nolentes confiteri posse à Medico curari? Et docetur Medicum teneri per se, vel per alios nunciare mortem infirmo, quem praecognovit cito, & certo venturam, quando praenunciatio proderit valde animae infirmi. Ex p. 11. tr. 1. & Misc. 1. ref. 22. p. 221.

Nunc autem sequuntur cæteræ omnes aliæ difficultates, & quaestiones pertinentes etiam ad hunc tract. 3. de Sacramento Pœnitentiæ hujus Tomi I. quæ dispersæ sunt per reliquos alios Tomos, Tractatus, & Resolutiones hujus totius operis, ut ita facilius, & promptius reperiantur omnes quaestiones & difficultates.

**A**n Pontifex potuisset præcipere confessionem, si non fuisset à Christo præcepta, sed tantum instituta? Et an hodie sit latum præceptum de aliquo usu confessionis, distinctum à præcepto annuæ Communionis? Et an præceptum Confessionis sit juris divini, quoad substantiam, rei præcepta, ita ut Ecclesia solum determinaret tempus, quo divinum præceptum esset executioni mandandum? Et an Pontifex possit præcipere confessionem venialium? Et an possit Pontifex abrogare, seu dispensare in præcepto confessionis, ut quisquam non teneatur confiteri? Et an Summus Pontifex habeat Ordinariam jurisdictionem in foro Pœnitentiæ quoad totam Ecclesiam, idque jure divino cum primum est electus? Et ideo, an possit delegare aliquem pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis, & Parochis? Idem est dicendum de Episcopis pro tota sua Diocesi, etiam repugnantibus Parochis. Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 13. 14. 15. 16. 17. & 55. Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 1. de Potestate Pontificis ref. 21. 22. 23. 24. 25. & 35.

**N**ota, quod in supra dicto tom. 3. & tract. 1. de Potestate Pontificis invenies alias quam plurimas difficultates & Resolutiones pertinentes ad istum, & illum tractatum, & aliquas ad istum tractatum tantum, quas ibidem aggregatas, & consequutivas reperies à ref. 21. usque ad ref. 45. inclusivè. Ideo si occurrat casus, accede, & lege illas, & si in illis non invenis, quod requiris, in nullis aliis Resolutionibus prædicti tractatus reperies.

**A**n Cardinales possint eligere sibi Confessarium? Et an sua familia possint etiam providere de Confessario? Et an omnes, qui sunt de Cardinalium familia possint de eorum licentia eligere sibi Confessarium? Et an Cardinalis, vel alius, qui tempore Conclavis incidit in censuram Pij IV. & Greg. XV. vel hæreticus, qui non potest obtinere licentiam, ut ab excommunicatione absolvatur, aut Sacerdos, qui alium Sacerdotem interficit, si urgeat necessitas celebrandi, ne se prodeant, & supradicti non possint excusari ad perfectam contritionem, an teneantur alia peccata, & etiam hæc reservata confiteri confessori inferiori? Et difficultas est: an in supradictis casibus tanquam excommunicati nullo modo etiam possint confiteri inferiori Sacerdoti? Ex p. 5. tr. 2. ex ref. 10. & in p. 12. tr. 2. ref. 30. 31. & 32. quæ hic sunt in tom. 9. tr. 7. de Cardinalibus ref. 47. 123. 124. & 125.

**A**n Episcopus possit prohibere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Et an Episcopus Confessario habenti potestatem audiendi confessiones, si præcipiat ei, ne audiat confessiones feminarum, an per illam simplicem prohibitionem, si confessiones feminarum

audiat, valide sint tales confessiones? Ex p. 10. tr. 1. 3. c. ref. 23. Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 70.

**A**n Capitulum, Sede vacante, possit approbare Confessarios? Et an Capitulum, sede vacante, possit revocare licentias Regularium ad audiendas Confessiones? Ex p. 8. tr. 4. ex ref. 46. & 48. Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 5. de Capitulo, Sede Vacante ref. 32. & 33.

**A**n in Sacramento Pœnitentiæ, quando agitur de jurisdictione Confessarij, possit ille, & pœnitens uti in eius administratione, & receptione, opinione probabili, relicta probabiliori? Et an Confessarius opinionem pœnitentis sequi teneatur? Et an Confessarius non proprius, ut Regularis, & non proprij Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet illum absolvere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet, si tamen probabilis reputetur inter Doctores probata auctoritatis? Et an liceat uti jurisdictione, materia, & forma probabili, relicta certa, in administratione hujus Sacramenti Pœnitentiæ? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 4. & ex p. 2. tr. 1. 3. ex ref. 11. & ex p. 9. tr. 7. ex ref. 59. Quæ hic sunt in t. 8. tr. 1. De opinione probabili ref. 4. 6. & 5.

**A**n Parochus habens beneficium curatum non solum sit eligibilis intra eandem Diocesim, sed ubique terrarum per Jubilæum? Et an quando duobus diebus immediatis occurrunt duo Jubilæa, quorum quodlibet requirit confessionem, & communionem, teneatur, qui vult illa lucrari bis confiteri, & bis Eucharistiam sumere? Et an si quis in peccato mortali faciat confessionem sacrilegam lucratur postea Jubilæum, si in ultimo Jubilæi periodo per actum contritionis sit in gratia? Ex p. 5. tract. 1. 2. ex ref. 47. & ex p. 4. tr. 4. ex ref. 166. & ex p. 3. tract. 4. ex ref. 147. alias 148. Quæ nunc inveniuntur in tom. 4. tract. 4. de Jubilæo ref. 2. 51. & 53.

**N**ota, quod in prædicto tom. 4. & tract. 4. de Jubilæo sunt aliqua alia diversa difficultates omnes mista pro illo & isto tractatu; ideo si ita casus mistus occurrerit facillimè ibidem illum reperies.

**A**n sub fine anni, quo expirat Cruciatæ, quis incipiat confiteri, & quia non potest ex iustis causis confessionem finire, & absolutionem obtinere possit Confessarius, transacto anno, virtute præcedentis Bullæ illum absolvere? Et quo inferitur, quod si quis haberet licentiam audiendi confessiones ad tempus, possit seo transacto, proseguere confessionem ante ceptam. Ex p. 1. tr. 1. 1. ex ref. 94. Quæ hic reperietur in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ ref. 15.

**N**ota verò, quod in prædicto tom. 4. & tract. 3. de Bulla Cruciatæ, invenies quam plurimas difficultates, & quaestiones omnes mistas, & pertinentes ad istum, & illum tractatum, ideo ibi require, quidquid ita mistum desideras.

**A**n Regularis in Grangis, & Oratorii earum possint familiaribus, & vasallis Sacramentum Pœnitentiæ ministrare absque licentia Ordinarij ex privilegio Alexandri VI. concessio Cisterciensibus? Ex p. 9. tr. 1. ex ref. 33. Quæ hic est in tom. 4. tr. 2. de Oratoriis ref. 12.

**A**n Regularis virtute suorum privilegiorum possint servis, & domesticis intra Conventum degentibus in morte, & in die Paschatis ministrare confessionem? Idem est de fanulo conjugato, qui nocte dormit extra Conventum? Ex p. 3. tr. 2. ex ref. 12. Quæ nunc inveniuntur in tom. 2. tr. 2. de Communionem ref. 21.

**A**n Novitius possit confiteri coram omnibus Confessariis ab Episcopo approbatis? Ex p. 1. tract. 6. ex ref. 27. Quæ hic reperietur in tom. 7. tract. 3. de Paupert. Religiosa ref. 53.

**N**ota quod in tom. 7. tract. 1. de Regularibus sunt quam plurima difficultates, & Resolutiones omnes mista pro illo & isto tractatu; ideo require ibi quidquid cogitare ita mistum potes & si in isto, & illo non invenis, scias, quod in nullo alio tractatu ita casum mistum reperies, & similiter etiam pro Novitiis Regularium.

6. An

## Index Tractatum,

- o. *An qui ministrat Sacramentum Pœnitentiæ cum excommunicatione minori, peccet? Et notatur, quod confessus excommunicato excommunicatione minori non tenetur iterare confessionem. Et an excommunicatus denunciandus, & evitandus possit conferre Sacramentum Pœnitentiæ? Et in textu hujus Resolutionis multa deducuntur, & explanantur circa prædictum dubium. Et an prædictus excommunicatus metu mortis possit Sacramentum Pœnitentiæ ministrare? Et an sit peccatum mortale petere vel accipere Sacramentum Pœnitentiæ à malo Ministro? Et quid, si illum invenio paratum? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 56. & ex p. 5. tr. 9. ex ref. 83. & 96. & ex p. 3. tract. 4. ex ref. 59. Quæ hic sunt supra in tract. 1. de Baptismo à ref. 14. usque ad ref. 20.*
- p. *An sit peccatum mortale exponere se Confessarium probabili periculo peccandi? Et an Parochus, vel alius Confessarius, qui ex auditis in confessione expertus est in pollutionem confertive, peccet confessiones audivendo? Ex p. 7. tr. 11. ex ref. 29. & in p. 3. tr. 5. ex ref. 3. Quæ nunc invenitur in tom. 8. tr. 6. de Luxuria ref. 10. & 11.*
- q. *An Parochus tempore pestis in aliquo casu possit excusari à ministratiōe Pœnitentiæ? Ex p. 5. tr. 3. ex ref. 93. Quæ hic reperitur in tom. 2. tract. 4. de Extrema-Untione ref. 27.*
- r. *An Sacerdos pro audienda confessione moribundi possit relinquere Missam inchoatam, etiam post consecrationem? Ex p. 5. tr. 3. ref. 70. Quæ hic est in tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Missarum ref. 136.*
- f. *An Confessarius tempore pestis debeat facere, ut moribundus testetur, etiam si non adsint testes sufficientes? Ex p. 5. tr. 3. ex ref. 123. Quæ nunc invenitur in tom. 6. tract. 8. de Testamentis ref. 59.*
- s. *An Confessarius non debeat cogere pœnitentes à iudice interrogatos in causa etiam capitali propter sempiternam probationem, ut veritatem confiteantur, si spem aliquam habeant evadendi? Ex p. 2. tract. 15. ex ref. 27. Quæ hic reperitur in tom. 6. tract. 1. de Legibus ref. 101.*
- t. *An aliquando Confessarius possit obligare pœnitentem ad declarandum complicem? Et an quando quis confitetur liceat manifestare complicem, vel alterius peccatum, vel Confessarius possit de hoc interrogare ad finem corripiendi peccatorem? Et quid facere debeat Confessarius, si ex confessione unius Complicis scit peccata alterius, & alter in confessione tacet? Ex p. 6. tract. 7. ex ref. 2. & ex p. 7. tr. 3. ex ref. 34. & ex p. 5. tr. 11. ex ref. 21. Quæ hic sunt infra in tr. 8. de Sigillo Confessionis ref. 46. 49. & 52.*
- u. *An si pœnitens labore ignorantia debeat Confessarius illum admonere, si fructus non speratur? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 80. Quæ nunc invenitur in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio ref. 244.*
- x. *An Confessarius accipiens plurimum Confessiones in peccato mortali, unum tantum peccatum committat, vel plura? Ex p. 5. tr. 7. ex ref. 7. §. ult. Quæ hic reperitur in tom. 4. tr. 6. de Jejunio ref. 126.*
- y. *An Sacramentum Pœnitentiæ conferat primam gratiam? Et an, recedente fœlitione, Sacramentum Pœnitentiæ conferat gratiam, vel an solus Baptismus habeat effectum, recedente fœlitione? Et an sola attritio sine Sacramento Pœnitentiæ sit sufficiens ad removendam fœlitionem? Ex p. 5. tr. 13. ex ref. 31. & 30. & ex p. 3. tract. 4. ref. 15. & 14. Quæ hic sunt supra in tr. 1. de Baptismo ref. 23. 24. 25. & 26.*
- z. *An qui excommunicatus per annum non audivit Missam in diebus festis, si postea, obtenta absolutione, confiteatur, teneatur se accusare, quod peccaverit toties contra præceptum audiendi Missam? Ex quo deducitur, quod si quis excommunicatus sit in Pascha, & non velit procurare absolutionem, cum tamen possit, peccat contra præceptum confessionis. Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 57. Quæ nunc invenitur in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione ref. 129. & 130.*
- A. *An qui occidit Petrum, putans, & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit esse Petrum? Ex p. 11. tr. 8. ex ref. 60. Quæ nunc invenitur in tom. 8. tract. 2. de Conscientia dubia ref. 21.*
- B. *An si Minister Sacramenti Pœnitentiæ nolit hoc Sacramentum ministrare, nisi ei detur quantitas pecuniæ, possit quis hanc vexationem vedimere? Et quid maxime si adultus est in extrema necessitate hujus Sacramenti, quia persuadet se non habere sufficientem contritionem? Ex p. 11. tract. 6. ex ref. 32. Quæ hic reperitur in tom. 5. tract. 7. de Simonia ref. 14.*
- C. *An si Confessarius scit ex notitia habita in confessione, quod quædam mulier Nobilis, quando vocat Confessarios in domum suam ad confitendum, sapius illos sollicitat, quaritur, an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum, licet nullam habeat idoneam excusationem? Ex p. 11. tr. 5. ex ref. 15. Quæ hic est in tom. 7. tract. 1. de Regularibus ref. 214.*
- D. *An Concubina possit confiteri cum Confessario concubinario? Et an sufficiat, ut meretrix in veterata in confessione tantum manifestet tempus ejus Officij? Vel an necesse sit saltem species peccatorum, quæ possint numerari, dicat, ut si cum Clericis, Religiosis, propinquis, conjugatis peccaverit, vel si peccatum nefandum cum eis, vel aliis commiserit? Idem est dicendum de aliis pœnitentibus qui per longum tempus fuerunt in malo statu, aut consuetudine peccandi, & iterationis, &c. Ex p. 5. tr. 14. ex ref. 110. & in p. 3. tract. 4. ex ref. 88. alias 89. Quæ hic sunt infra in tract. 7. de Circumstantiis ref. 49. & 122.*
- E. *An præceptum confessionis obliget Infideles? Et an Hæretici obligentur præcepto confitendi singulis annis? Et cursum docetur, quod ex pluribus Decretis statuitur, ut pœnitentia non negetur phœreneticis, si confiterentur prius confessionem desiderasse, & signa contritionis dedisse. Et an reo expetenti, vel non recusanti confessionem, iudex ad confitendum peccata teneatur dare sufficientem tempus? Ex p. 8. tract. 7. ex ref. 81. & in p. 2. tract. 14. ex ref. 78. & in p. 5. tract. 3. ex ref. 38. Quæ nunc invenitur in tom. 2. tr. 2. de Communionem ref. 4. 94. & 80.*
- F. *An si rei petant Confessarium, debeant inquisitores illum concedere? Et an Hæretico concedi non debeat Confessarius nisi in articulo mortis, si fuerit conversus? Et an Inquisitores possint punire tanquam hæreticum Confessarium asserentem, pœnitenti, ut sibi revelet complicem, alias eum non posse, nec velle absolvere? Et an in tali casu pœnitens teneatur denunciare talem Confessarium tanquam hæreticum in Tribunali S. Inquisitionis? Et an Inquisitores possint punire Confessarios frangentes Sigillum Confessionis? Et notatur Sacerdoti qui Sigillum confessionis fregit, nullam à jure imponi pœnam, quam de factò incurrat. Et an Inquisitores possint punire Confessarium, qui tempore fubilai absolvit Hæreticos in foro conscientie? Et docetur non esse puniendum Confessarium absolverentem aliquem cum opinione probabili. Et an Inquisitores possint punire dicentes Confessarios Religiosis ab Episcopo approbatis, iterum eadem peccata teneri confiteri Parocho? Et an sic dicentes sint suspecti de hæresi, & sint denunciandi S. Officio? Et an Inquisitores possint admittere ad confessiones audiendas eos, qui abjurarunt de vehementi, vel de levi? Ex p. 4. tr. 8. ex ref. 6. 97. 95. 109. 102. & 64. Quæ hic reperitur in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus ref. 55. 79. 80. 81. 82. & 83.*
- G. *De Confessariis sollicitantibus, & an Inquisitores possint eos punire tanquam suspecti de hæresi vehementer? Et inter alia tandem notatur, quod Confessarius, qui non declarat femine sollicitate obligationem denunciandi, aut qui ei dicit ad talem denunciationem faciendam non teneri, ab Inquisitoribus pro qualitate culpe possit puniri. De laicis non Sacerdotibus audientibus confessiones agitur, & quomodo prædicti puniendi sunt. Et an simplex Sacerdos, vel etiam Sacerdos approbatus, suspensus tamen ab audiendis confessionibus non comprehendatur in Decretis Pontificum, quamvis confessiones audiant, & absolutionem*





## Index Tractatum,

- videndus: Et maxime in articulo mortis an sit absolvens, & absolvi debeat? Ex quo enim deducitur, quod si quis adultus confiteatur aliquid, quod dubitetur, an sit veniale, an sit absolvens saltem sub conditione? Ex p. 4. tr. 3. ref. 53. ibid.*
- 22.** *An in dubio si puer septennis usum rationis habeat, possit Confessarius illum absque conditione absolvere? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 54. ibid.*
- 23.** *An in casu, quo Confessarius debeat praeberet absolutio- nem sub conditione, sufficiat, si conditio sola memento sistat? Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. ref. 55. p. 238.*
- 24.** *An si Confessarius habeat evidentiam, quod penitens fecerit tale peccatum, & si non est confessus, debeat illum absolvere? Ex p. 3. tr. 4. ref. 104. alias 105. ibid.*
- 25.** *An excommunicatus, si Sacramentum Penitentiae reci- piat, valide absolvatur? Ex p. 5. tr. 9. ref. 53. p. 239.*
- 26.** *An blasphemus consuetudinarius, & admonitus sapius in aliis confessionibus sit statim absolvens? Et an te- neatur acceptare aliquam penitentiam, si forte postea blasphemet? Idem quaritur de jurante falso ex consuetu- dine. Et docetur non esse consilium bonum, si Confessores jurare, vel promittere faciant penitentes aliquam pen- nam subire, si reinciderint in aliquod peccatum, & ideo ne- que debent Confessarij exigere à suis penitentibus jura- menta, vel vota desistendi ab aliquo crimine. Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. r. 30. ibid.*
- 27.** *An sit absolutio impertienda blasphemo consuetudinario, qui emendationem proposuit, & non est emendatus? Idem est dicendum de illo, qui habet consuetudinem pejerandi. Et an penitens teneatur acceptare aliquam penam, vel afflictionem pro prava consuetudine tollenda? Et quid dicendum est de eo, qui concubinam domi habet cum proxima, & morali occasione peccandi, an si promisit emendatio- nem, & non est emendatus, sit illi absolutio impertienda? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 94. p. 240.*
- 28.** *An qui teneatur occasionem proximam vitare cum suo magno detrimento, ita ut Confessarius non possit illum ab- solvere? Sed difficultas est, quando nullus apparet profes- sus, an sit impertienda toties, quoties absolutio? Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. ref. 45. alias 47. pag. 241.*
- 29.** *An aliquando sint absolvens, qui nolunt dimittere oc- casiones proximas peccandi? Et pro praxi supra dictae questionis multi casus in corpore hujus Resolutionis ex- planantur sepe contingentes in facto, quos Confessarij in promptu habere debent, quia quotidiani. Ex part. 4. tr. 4. & Misc. ref. 165. ibid.*
- 30.** *An propter reincidentias frequentissimas sit deneganda, vel differenda penitentibus absolutio Sacramentalis? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 30. p. 242.*
- 31.** *An prima vice concubinaris sit absolvens, etiam si concubinam non eiciat? Et an hoc etiam procedere debeat quoad eos, qui & si concubinarj non sint, populus tamen credit tales esse? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 107. p. 243.*
- 32.** *An in aliquibus casibus concubinaris non teneatur è domo expellere concubinam, ita ut Confessarius possit ei licite absolutioem impendere? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 108. ibid.*
- 33.** *An Confessarius possit absolvere concubinarium amplius cum concubina non peccantem, permittens illam invisere, sive alendi filios, ne cum aliis ipsa se immiscendo sit dictis filijs dedecori. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 109. p. 244.*
- 34.** *An Parentes sint absolvens, qui nolunt ad colloquium admittere filium, qui indignum matrimonium contraxit? Et quid, si non indignum saltem multum inaequale? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 182. ibid.*
- 35.** *Quidam Sacerdos voluit absolutioem impendere cui- dam in trirēmbus per totam vitam condemnato, quia ha- bebat voluntatem quam primum fugiendi; tunc statim so- lutionem hujus casus emixit à me petierunt; Et an hoc intelligatur tam in Religiosis, quam in saecularibus. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 39. ibid.*
- 36.** *Quidam vir nobilis est in mora solvendi debitum unciarum ducentarum ex contractu; saepius confitetur, & non restituit, habet tamen animum restituendi; quaritur à Confessario, an sit illi absolutio deneganda, maxime cum creditor multoties ab illo petierit solutionem? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 3. p. 245.*
- 37.** *Cuidam Confessario olim hic casus accidit. Quaedam mul- lier intra confabulationem cum viro sibi in matrimonium conjungendo, dicebat illi verba non quidem turpia, sed af- fectulosa, & anatoria, unde postea in pollutionem, & distillationem incurrebat sine tamen ulla delectatione, vel periculo alicujus consensus, quia erat timorata conscien- tia. Interrogatus sui, an peccaverit mortaliter, & si nollet desistere ab his confabulationibus, an esset ei absolutio de- neganda? Et in §. ultimo hujus Resolutionis traditur Re- gula generalis ad decidendos casus particulares in pollu- tione praevisa, & quando causa pollutionis praevise nota- biliter, & per se influit, vel non influit. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 31. ibid.*
- 38.** *An absolutio obtenta bona fide à peccatis tantum, & non à censuris sit valida, si penitens sit notatus aliqua excommunicatione, etiam reservata, ita ut non teneatur iterare confessionem, sed tantum petere absolutioem ab excommunicatione? Et quid est sentiendum, si Confessarius sciat peccata habere excommunicationem, & cum non ob- stante ex malitia absolvit, licet non habeat potestatem ab- solvendi à tali censura? Ex p. 3. tr. 4. ref. 78. p. 246.*
- 39.** *An non solum existens in articulo mortis, sed etiam in pec- culo possit absolvi à quocumque Sacerdote ab omnibus ca- sibus? Et an hac sententia etiam intelligatur, dum ab- solvendus morali necessitate coactus bellum, v.g. seu nau- fragium aggreditur, & secus si ex voluntate propria id faciat. Ex p. 5. tr. 3. ref. 59. ibid.*
- 40.** *An moribundus possit quando alius non adest Sacerdos, petere à Sacerdote excommunicato, haeretico, schismatico, & c. absolutioem, etiam si sciat supradictos cum peccato Sacramentum administratos. Ex p. 5. tr. 3. r. 58. p. 247.*
- 41.** *An Sacerdos haereticus, schismaticus, & excommunicatus non toleratus habeat potestatem absolvens in articulo mor- tis? Et an in tali casu non solum licite penitens possit à ta- libus expectare absolutioem, sed etiam per se loquendo teneri, quia ex divino precepto ad confessionem obliga- tur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 235. ibid.*
- 42.** *An Sacerdos nominatim excommunicatus, vel publicus Clericus percussor, haereticus, schismaticus, & c. habeat po- restatem in articulo mortis absolvens moribundum? Ex p. 5. tr. 3. ref. 57. ibid.*
- 43.** *An simplex Sacerdos, presente Confessario jurisdictionem habente, possit absolvere moribundum. Et in textu hujus Resolutionis advertitur, quod quando concurrunt inter se simplex Sacerdos, approbatus, & approbatus in aliena Diocesi, excommunicatus, irregularis, suspensus, in- terdictus, haereticus, schismaticus, degradatus, vel habens privilegium, quomodo, & quis praefervendus sit alter ad al- terum in articulo mortis ad consistendum infirmum. Ex p. 5. tr. 3. ref. 60. p. 248.*
- 44.** *An si Sacerdos simplex cepit audire confessionem mori- bundi, accedens Confessarius approbatus, teneatur desistere ab auditione? Et quid, si contingat simplicem Sacerdotem judicare infirmum esse in extremis, dum incipitur confessio, & postea ante absolutioem ita in melius abiisse, quod ex- tra periculum esse judicetur, an adhuc teneatur illum ab- solvere? Et quid est agendum, si in eo articulo contingat penitentem Sacerdoti simplici invalide forsitan confite- ri, quia in ea confessione mentitus est, & consequenter fuit invalide absolutus, si cupiente autem illo demo con- fiteri eidem Sacerdoti superveniat legitimus Confessor? Et quid, si eger valide confessus sit, & velit postea ali- qua peccata oblitus confiteri; an haec possint, supervenien- te legitimo Confessario, absolvi? Et an qui absolutus est in praedicto articulo, vel periculo mortis à casibus re- servatis, teneatur postea recurrere ad Superiorem, si forte periculum evadat? Et quid dicendum est si casus*

## & Resolutionum.

- casus referuati habeant annexam censuram? Et au qui virtute Bulla Cruciate absolvitur in articulo mortis à casibus in Bulla Cane referuatis non teneatur ad comparandum, nec possit illi id onus imponi? Ex p. 5. tract. 3. ref. 66. p. 249.
45. Quando puer est absolvendus in articulo mortis? Et quid est faciendum, quando aequè dubitatur, puerum habere usum rationis, & non habere? Ex part. 5. tract. 3. ref. 68. p. 250.
46. An quando multis imminet periculum vite, ut fit in naufragio, peste, bello, &c. tunc singuli breviter possint dicere aliqua peccata, & sic absolvi? Imò in dicto casu, an Confessorius ex charitate, ut aliis subvenire possit, & similiter ipse poenitens, qui viderit aliorum periculum, teneatur non persicere confessionem? Et an in dicto casu possint simul, quando imminens periculum aliud non permittet offendere dolorem, & aliqua peccata confiteri, & sic simul omnes absolvi unica absolutione, & forma? Ex p. 1. tract. 16. & Misc. 2. ref. 41. alias 43. ibid.
47. An cum periculum vite imminet, ut in naufragio, peste, bello, &c. tunc possint simul dicere aliqua peccata, & simul omnes absolvi? Et an in tali casu supradicti teneantur publicè, vel per interpretem confiteri, cum remedium habeant contritionis? Et quid, quando probabiliter dubitant se veram contritionem habere? Et an sufficiat in dicto casu, ut omnes simul signo aliquo, ut genuflexione significasse se peccasse, & ita possint à Confessario simul absolvi? Ex p. 5. tr. 3. ref. 71. ibid.
48. An tempore pestis, possit quis audire aliqua peccata, & confessione non finita moribundum absolvere? Et quid, si ipse vellet integrè confiteri? Ex p. 5. tract. 3. ref. 74. pag. 251.
49. An liceat absolvere moribundum, qui vult praebere elemosinam pro sepultura in loco magis honorifico? Ex p. 5. tr. 3. ref. 102. ibid.
50. An sit absolvendus moribundus, qui vult mutare testamentum, quod in vita fecit cum iuramento? Ex p. 5. tr. 3. ref. 112. p. 252.
51. An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniam, & famam ablatam, alias non possit absolvi? Ex p. 5. tr. 3. ref. 104. ibid.
52. An lethaliter vulneratus, vel alias moribundus teneatur remittere inimico actionem injuriarum, vulgo dicitur, farci la remissione, nec aliter possit absolvi? Et quid, qui laesus fuit primus, & injustus aggressor, vel interveniens fuit cum uxore, &c. Ex p. 5. tr. 3. ref. 103. p. 253.
53. Quidam in platea recepit vulnus lethale, si Confessorius illum audit, non potest mederi, si medetur, non potest confiteri; quid ergo est faciendum, ut Confessorius possit illum absolvere? Et observatur, quod si e venit infirmum dedisse signa contritionis, & doloris, nullus tamen id restatur, non ob id poterit Confessorius eum absolvere sub conditione, dicendo, te absolvo, si forte signa praestitisti. Ex p. 5. tr. 3. ref. 56. ibid.
54. De absolutione sacramentali largienda moribundo. Ex p. 3. tr. 3. Prologus ante Resolutionem primam practitati tractatus, p. 254.
55. An sit danda absolutio ei, qui nutibus tantum querit à Confessario absolutionem? Et an moribundus, qui non valet nisi per signa contritionis sua peccata confiteri, lucratur Iubilaeum, quia haec est vera confessio sacramentalis? Ex p. 3. tr. 3. ref. 1. ibid.
56. An moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pugno pectus suum pulsat; suspirans in caelum oculos tollit, vel respicit aliquam imaginem? hoc videtur Sacerdote vel aliis testificantibus, sit absolvendus? Et an sit absolvendus Sacerdos, qui inchoata Missa, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum rueret? Et quid est dicendum de illo, qui significans se cupere confiteri, & ideo ad genua Sacerdotis accedens, subito apoplexia tangitur, ante quem aliud verbum proferat, an talis sit absolvendus? Ex p. 3. tr. 3. ref. 2. ibid.
57. An sit absolvendus moribundus, si exhibeat supra dicta signa, sed dubitatur, an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis. Ex p. 3. tr. 3. ref. 3. p. 255.
58. An Confessorius possit absolvere moribundum, qui in ejus absentia confessionem petiit, vel signa poenitentiae fecit, aliquo hoc testante. Idem inferitur de petente Baptismum, & Extremam Unionem, si post petitionem amisit loquelam. Ex p. 3. tr. 3. ref. 4. ibid.
59. Quot testes in supradicto casu debent testari Confessorio de signis contritionis moribundi, vel quod confessionem petierit. Et an oporteat testem esse Christianum, aut infidelem, vel haeticum, &c. Ex part. 3. tract. 3. ref. 5. pag. 257.
60. An quem paulo antea in periculo mortis Confessorius audierat & non absolverat, si postea superveniens invenit adhuc vivum, sed admisisse sensum, possit illum absolvere. Ex p. 3. tr. 3. ref. 6. ibid.
61. An ad absolvendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, qua ex testibus mediatis proveniat. Et an in supradicto casu, seclusa omni attestazione testium possit Sacerdos illum moribundum sensus destitutum absolvere sub conditione. Imò, an id teneatur? Ex p. 11. tract. 7. & Misc. 7. r. 31. ibid.
62. Quis non coram infirmo, sed statim in ejus absentiam manifestavit Confessario illum petisse confessionem, vel signa contritionis ostendisse; queritur, an si Sacerdos illum vivum adhuc inveniat, possit sacramentaliter absolvere. Et an adversus hoc faciat Decretum Clem. VIII. editum die vigesima Junij 1602. in quo damnatur tanquam falsa temeraria, & scandalosa ista propositio, scilicet licere per literas, seu inter Nuntium confessionem absentis peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Et notatur Clem. VIII. in supradicto Decreto declarare supradictam absolutionem non solum illicitam, sed etiam invalidam, & nullam esse. Ex p. 3. tract. 3. ref. 7. pag. 259.
63. An Confessorius possit absolvere sub conditione moribundum sensibus destitutum, qui neque petiit confessionem, nec ullum signum dedit contritionis. Ex p. 3. tr. 3. ref. 8. pag. 260.
64. An Confessorius possit absolvere sub conditione moribundum qui neque petiit confessionem, nec ullum signum edidit. Et an sit licitum Confessario absolvere à peccatis morti proximum sensibus destitutum, etiam si nulli sint praesentes, qui testentur illum petiisse confessionem, aut signa contritionis dedisse, dummodo alius absens, qui illum vocavit, fidem de petita ab eodem confessione prius illi fecerit. Et an sit absolvendus sub conditione Sacerdos, qui inchoata Missa post introitum, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum rueret. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 92. p. 261.
65. An moribundus nulla signa contritionis ostendens possit sub conditione absolvi? Quod idem dicendum est de Sacerdote, qui in confessione generali fieri solita in principio Missa amittit loquelam, ac usum sensuum, quod possit absolvi sub conditione ex vi talis confessionis. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 20. ibid.
66. An Confessorius non solum possit, sed teneatur etiam adhibere absolutionem in casibus supra dictis; quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa, qua favoreat poenitenti; & quia in supradictis casibus Confessorius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi injuriam infert. Ex part. 3. tract. 3. ref. 10. pag. 263.
67. An quando Confessorius ex opinione probabili absolvit moribundum, possit absolutionem ei probere sine conditione. Ex p. 3. tr. 3. ref. 10. pag. 264.

# Index Tractatum,

Nunc etiam adscribuntur ceteræ omnes difficultates, & Resolutiones pertinentes ad hunc Tractatum 4. de Absolutione sacramentali hujus tom. 1. quæ mixtæ dispersæ sunt, vel obiter annotantur in reliquis aliis Tomis Tract. & Ref. hujus totius operis, ut ita facillimè omnes quæstiones reperiantur.

- a. **A**N Pontifex possit auferre à simplicibus Sacerdotibus jurisdictionem absolventi à peccatis venialibus? idem est dicendum de peccatis mortalibus alias ritè absolutis. Et an simplices Sacerdotes habeant potestatem absolventi à venialibus, & mortalibus alias ritè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati? Et queritur, à quo jure id habeant absolventi à supradictis peccatis, an à jure divino, vel per concessionem Ecclesie? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 55. *Quæ nunc invenietur in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis ref. 35.*
- b. An Episcopus possit precipere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Et an sit ministranda absolutio Sacramenti Pœnitentiæ infirmo, qui ante amentiam dedit signa contritionis? Et an si Confessarius proferat verba formæ absolutionis sacramentalis super legitimam materiam sine intentione absolventi, etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat, Ex p. 10. tr. 13. ex ref. 23. & ex p. 3. tr. 4. ex ref. 248. alias 249. & in p. 10. tr. 13. ex ref. 20. *Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 70. 61. & 100.*
- c. An si quis in forma Pœnitentiæ relinquere particulam ego, incurrat culpam mortalem? Et an in Sacramento Pœnitentiæ, in forma ejus absolutionis sacramentalis exprimitur persona suscipientis hoc Sacramentum? Et quid prestare debeat, qui suscipit absolutionem Sacramenti Pœnitentiæ à Confessario de suo Baptismo dubio? Et an Confessarius audiens confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem pœniteat, non peccet mortaliter? Ex p. 5. tr. 5. ex ref. 39. & ex p. 10. tr. 16. ex ref. 92. & 20. alias 19. & 28. alias 27. *Quæ hic sunt supra in tr. 1. de Baptismo ref. 4. 60. 79. & 11.*
- d. An Confessarius non proprius, ut Regularis, & non proprius Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet illum absolvere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet, si tamen probabilis reputatur inter Doctores probata auctoritatis? Et an qui petiit confessionem possit absolvi sine conditione in articulo mortis? Et an sit opinio probabilis asserere in articulo mortis, presente Parocho, posse quemlibet Sacerdotem absolvere moribundum, Ex p. 2. tr. 13. ex ref. 11. & 13. & in p. 4. tr. 4. ex ref. 161. *Quæ nunc invenietur in tom. 8. tr. 1. de Opinione probabilis ref. 6. 3. & 7.*
- e. An per absolutionem sacramentalem præstitam ab eo, qui Sacerdos non est, inducat irregularitatem? Ex p. 10. tr. 11. ex r. 21. *Quæ hic est in tom. 5. tr. 5. de Irregular. r. 24.*
- f. An Clerico habenti tonsuram sit largienda à Confessario absolutio à suspensione, quatenus indigeat? Ex p. 10. tr. 14. ex ref. 16. alias 14. *Quæ nunc invenietur in tom. 5. tr. 3. de Suspensione ref. 12.*
- g. An si quis esset mortis vicinus & Sacerdos recuset eum absolvere, si non detur quantitas pecunie, nec alia via possit conferri absolutio in extrema necessitate, licitum sit ei pecuniam præbere? Ex p. 5. tr. 3. ex ref. 29. *Quæ hic est supra in tract. 1. de Baptismo ref. 27.*
- h. An absolutio data homini in domo inclusæ sit valida? Et an Sacerdos, vel laicus si sint in periculo mortis, nec ad sit, qui eos sacramentaliter possit absolvere, possint communicare sine confessione? Ex p. 10. tract. 16. ex ref. 41.

- alias 40. & ex p. 5. tr. 3. ref. 56. *Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 1. de Celebrat. Missarum ref. 220. & 134.*
- i. An Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem? Et an Confessarius jus habeat ad interrogandum pœnitentem de consuetudine peccandi? Et inferitur, quod si pœnitens probabiliter credit Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fatetur consuetudinem peccandi, possit, æquivocatione utendo, negare consuetudinem. Idem est de consuetudine proxima inevitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo. Ex p. 1. tract. 7. ex ref. 55. *Quæ hic est infra in tract. 7. de Circumstantiis ref. 125.*
- k. An sit deneganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit concubina centum aureos; quorum recuperationis spem amittit, si è domo eam ejicit? Ex p. 3. tr. addit. ex r. 27. *Quæ nunc invenietur in tom. 8. tr. 6. de Luxuria ref. 5.*
- l. An sit absolventis moribundus, qui non vult recipere Extremam-Uncionem, vel Confirmationem? Ex p. 5. tr. 3. ex ref. 97. *Quæ hic reperietur in tom. 2. tr. 4. de Extrema-Uncione ref. 24.*
- m. An mulier sepe sine ornata, & potissimum nudans peccata, & si nollet ornatum deponere, possit nihilominus absolvi in confessione. Ex p. 10. tr. 12. ex ref. 30. *Quæ hic est in tom. 7. tr. 5. de Scandalo ref. 11.*
- n. Petrus deambulando per civitatem invenit Crumenam cum magna pecuniarum quantitate, facta autem debita diligentia non reperit Dominum, ideo per multos annos sibi retinuit; nunc Confessarius denegat illi absolutionem, si pauperibus dictas pecunias non restituit, queritur, quid faciendum? Et etiam fuit sepius à diversis Confessariis à me delata ista quæstio. An gabella possit imponi rebus ad proprios usus necessariis, nimirum carnibus, piscibus, salis, frumento, oleo, &c. & si pœnitens nollet restituere defraudationem talis gabellæ, an sit illi deneganda absolutio? Ex p. 2. tr. 17. ex ref. 5. & 28. *Quæ nunc invenietur in tom. 8. tract. 7. de Furto, & Restitutione ref. 22. & 60.*
- o. An Pater sit absolventis, qui vult relinquere filium heredem tantum in legitima, &c. Et an si moribundus non vult relinquere heredem fratrem, sed extraneum, sit absolventis. Ex p. 1. tr. 8. ex ref. 83. & ex p. 5. tract. 3. ex ref. 114. *Quæ hic reperietur in tom. 6. tr. 8. de Testamentis ref. 108. & 107.*
- p. An Sacerdos, qui non potest absolvere nisi satisfacta parte si absolvat non satisfacta parte, absolutio sit illicita, sed non invalida? Et an reus non sit cogendus à Confessario, ut veritatem aperiat in causa capitali, honoris, fame, irrevocatum, & confiscatione omnium bonorum, & similibus, dum adest spes evadendi; & Confessarius in his, & similibus casibus teneatur absolvere eum, qui est in proposito negandi veritatem, utendo restrictione mentali, aut æquivocatione? Ex p. 10. tr. 12. ex ref. 7. & in tr. 13. ex ref. 13. *Quæ hic sunt in tom. 6. tract. 1. de Legibus ref. 30. & 100.*
- q. Quidam filius familias, qui parum poterat perdere, lucrativus est magnam pecuniarum summam. Cum postea ad Sacramentum Pœnitentiæ accederet, noluit illum Confessarius absolvere, nam assererat non posse plus lucrari, quam possit perdere. Quæstionem à me postea, an rectè Confessarius procedat negando absolutionem, si pœnitens nollet dictas pecunias restituere? Ex p. 1. tr. 8. ex ref. 67. *Quæ nunc invenietur in tom. 6. tr. 4. de Ludo, ref. 21.*
- r. An qui vi, metu, fraude, vel dolo, aut alio quocumque casu inter Infideles fidem negans; corde tamen illam retinens possit postea inter Christianos rediens absolvi à quocumque Confessario ab Ordinario approbato. Et quid de blasphemantibus hereticis inter Christianos; & de Illusoribus Imaginum Sanctorum; & de comedentibus carnes tempore prohibito? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 142. alias 143. *Quæ hic reperietur in tom. 5. tr. 8. de Hæresi, & ejus absolutione ref. 25.*
- l. Nota, quod in pr. dicto tom. 5. & tract. 8. de Hæresi, sunt multa.

## & Resolutionum.

- multa Resolutiones, & diversa difficultates pro dicta absolutione ab Hæresi; ideo, si ita casus mixtus occurrerit, facillimè ibi illam invenies, signanter à ref. 14. usque ad ref. 39. inclusivè præcitati tractatus.
8. An propter sollicitationem in confessione non possit Confessorius aliquem absolvere, si denunciationes non sint factæ ante confessionem, vel sufficiat, ut penitens promittat denunciare? Ex p. 1. tr. 4. ref. 17. *Quæ hic est in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus ref. 22.*
9. An possit Confessorius absolvere eum, qui unam paginam libri Hæretici legerit? Et quid, si legantur due, vel tres linee, in quibus legens certo novit contineri hæresim? Ex p. 5. tr. 5. ref. 42. *Quæ nunc invenitur in tom. 5. tr. 10. de Iniquitatoribus ref. 146.*
10. Nota, quod pro absolutione virtute Cruciatæ legendæ, & retinendi libros hæreticos invenies diversas quaestiones circa hoc in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ signanter à ref. 41. usque ad ref. 48. inclusivè. Et in multis aliis Resolutionibus pro aliis diversis & mixtis casibus, & absolutione eorum vigore Bullæ Cruciatæ, quos facillimè ibidem, si requiris, invenies.
11. Adverte etiam, quod in tom. 4. tract. 4. de Iubilæo sunt aliquæ difficultates, sed omnes mixtæ pro peccatis absolvendis tempore Iubilæi, quas sine subsidio ibi reperies, si ita casus mixtus occurrerit.
12. Similiter in tom. 7. tract. 1. de Regularibus sunt multæ Resolutiones, & in illis diversæ quaestiones pertinentes ad Regulares circa hanc sacramentalem absolutionem, dispensationem, & votorum commutationem, & irritationem, & quia præcatus tractatus est nimis longus, si ita casus mixtus occurrerit, require illum ibidem in Resolutionibus hic assignandis & non in aliis supra dicti tractatus, videlicet in ref. 30. 87. 88. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 108. 109. 110. 111. 112. 120. 122. & in aliis pro absolutione à reservatis penitentium secularium, & absolutione à diversis censuris ab illis incurvis, pro votorum commutatione; & dispensatione illorum, & dispensatione petendi debitum require à ref. 263. usque ad ref. 282. & in ref. 300. & 301. etiam pro dispensatione irregularitatis à penitentibus secularibus incurvis.
13. An Confessorius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali interne illam fecerit, putando tamen non ipse, quam penitens non esse necessarium verbis expressis illam facere; vel an sit necessarium iterum expressè dispensare, & proferre verba dispensationis, dicendo Dispensatio tecum, &c. Et an hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote, etiam si dispensans sit absens? Ex p. 4. tr. 4. ex resol. 118. *Quæ nunc invenitur in tom. 3. tract. 2. de Dispensationibus ref. 156.*

### TRACTATUS V.

De Aliquibus reservatis, atque de eorum Absolutione. pag. 264.

- A**N non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo possit quis eligere Confessorium non approbatum pro omnibus peccatis, & censuris reservatis? Ex part. 3. tract. 4. resol. 71. ibid.
1. An in articulo mortis, seu periculo possit quilibet Sacerdos absolvere ab omnibus peccatis, censuris, & reservatis? Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suspensi, irregulares, hæretici, cessante periculo perverforis, &c. Et quid de simplici Sacerdote, presente Parocho? Et in §. ultimo huius Resolutionis docetur, quomodo hæc sententia intelligatur in periculo mortis? Et quid si propria sponte quis periculum mortis adeat, Tom. 1.

- v.g. in bello iusto, maris longa navigatione, &c. Ex p. 3 tract. 4. ref. 57. ibid.
3. An absolutio à reservatis, quæ potest, ut dictum est supra, impendi à quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quæ ponit infirmum in tali periculo? Ex p. 5. tr. 3. ref. 69. p. 265
4. Quando conjetur non adesse copiam Confessoris habentis potestatem in censuras, & peccata reservata, ut possit constitutus in articulo mortis absolvi à quocumque Sacerdote? Ex p. 5. tr. 3. ref. 65. ibid.
5. An simplex Sacerdos possit absolvere à censuris, & castibus reservatis omnes parturientes tanquam constitutas in periculo mortis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 72. ibid.
6. An prægnantes sint in articulo mortis, ita ut absolvi debeant sicut & ceteri moribundi? Ex p. 5. tract. 3. ref. 63. pag. 266
7. An qui voluntariè prælium, vel navigationem periculosam aggreditur, possit absolvi tanquam constitutus in periculo mortis? Et advertitur quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum. Et notatur quemcumque Sacerdotem potentem alias absolvere saltem à venialibus habere facultatem in articulo mortis absolvendi quoscunque penitentes à quibuscunque peccatis, & censuris quantumvis alias reservatis Sedi Apostolicæ, aut cuiusvis alteri Superiori; etiam si præsens sit proprius Sacerdos, qui alias habeat facultatem absolvendi ab omnibus. Et docetur, quod quando Sacerdos est impeditus hæresi, apostasia, aut schismate, & similibus impedimentis notis penitenti, tunc non potest in articulo mortis absolvi ab illo, si adsit alius censura carens, aut prædictis, & similibus vitiis. Et an possit Sacerdos absolvere à reservatis in articulo mortis, quando penitens solum habet reservata, adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones? Et quid, si cum reservatis habet penitens alia peccata non referuntur & adsit Parochus, vel alius approbatus, an tunc sint præferendi simplici Sacerdoti? Ex p. 11. t. 5. & Misc. 5. r. 29. ib.
8. An remigantes possint absolvi à quocumque Sacerdote ab omnibus reservatis, tanquam constituti in periculo mortis? Et quid de obsessis, & obsidemibus? Et advertitur mulieres etiam gravidas, quæ sunt vicine partui, & dolores jam sentiunt, posse à reservatis absolvi. Et advertitur, quid est faciendum, quando Confessor absolvit penitentem de aliquo casu reservato non habens jurisdictionem? Ex p. 11. tract. 3. & Misc. 3. ref. 2. p. 268.
9. An remigantes sint in articulo mortis, ita ut possint absolutionem obtinere ac ceteri moribundi? Ex p. 5. tract. 3. ref. 62. p. 269.
10. An bannitus, qui impune potest occidi, sit in periculo mortis, ita ut possit absolvi, ut moribundus? Et quid, si habet saltem conductum? Ex p. 5. tr. 3. ref. 64. ibid.
11. An damnati ad mortem sint in articulo mortis, ita ut possint absolvi modo, quo supra dictum est de aliis moribundis? Et an si damnati habeant peccata reservata, non teneantur mittere Confessorium, nec Confessorius teneatur adire Superiorem pro facultate etiam si possit, & etiam si sint simul in eadem domo Prelatus, & subditus? Ex p. 5. tract. 3. ref. 61. ibid.
12. An existens in civitate & si sanus, ubi grassatur pestis, possit à quocumque Confessario non approbato absolvi, tanquam constitutus in articulo mortis? Et advertitur, quod debent tamen in casu, de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam auctoritatem omnibus Confessoribus à se approbatis, & præsertim annuarum curam habentibus concedere, & etiam pro se, & omnibus aliis Confessoribus obtinere à Sede Apostolicæ facultatem absolvendi à castibus, & censuris Papalibus pro presenti casu, & similibus. Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. ref. 12. p. 270.
13. An absoluti in articulo mortis à casibus reservatis, teneantur, si convalescerint, comparere coram Superiore, sicut teneantur, si fuerint absoluti à censuris? Et subditus absolutus

## Index Tractatum,

- absolutus ex facultate concessa cum onere comparandi, si ante absolutionem ignoravit dictum onus, an teneatur comparere? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 199. ibid.
14. An quando quis confitetur, si absque magna nota, & infamia non possit adire Superiorem, relinquendo confessionem, pro absolutione alicujus casus reservati, possit adhuc Confessarius de illo peccato absolvere? Et quid in dicto casu, si quis ob peccatum reservatum incidit in excommunicationem similiter reservatam? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 49. ibid.
15. In Sacra Pœnitentiaria conceditur aliquando facultas absolvendi pro hac vice, quaritur, quomodo sit intelligenda illa particula? Et notatur, quod quando in Sacra Pœnitentiaria quis peteret facultatem pro uno indigente licentia, ut possit absolvi pro una vice, non censetur exclusus ipse petens. Et quid, si aliquis petat facultatem pro una vice pro casibus reservatis, an includatur in hac petitione ipsemet petens? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 48. pag. 271.
16. An qui legitime impeditus non potest ire Romam pro absolutione, teneatur illam per literas obtinere à Sacra Pœnitentiaria? Difficulus verò est, an facultas à jure Episcopis permissa in tali casu, se extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolica reservatas? Et quid in casu heresis? Et notatur, quod Episcopus potest subditos impeditos absolvere ab excommunicatione Papali sive occulta, sive publica non audita confessione sacramentali, & sic subditus absolutus à censura poterit deinde à quocumque Confessario absolvi à culpa; & in prædictis casibus sine Episcopo, sive subditus sint intra Diocesim, sive extra. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 9. p. 273.
17. An impeditus ire Romam pro absolutione casus Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parocho, vel quolibet Confessario absolvi? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 10. p. 274.
18. An impeditus adire Episcopum pro suis casibus reservatis possit absolvi à quocumque Confessario exposito cum obligatione comparandi coram Episcopo? Et in s. ultimo hujus Resolutionis explanatur, quid facere debeat absolutus ab inferiore etiam extra mortis articulum à culpis Episcopo reservatis ob accessum ad eundem Episcopum difficilem. Ex p. 9. tr. 7. & Miscell. 2. ref. 11. p. 275.
19. An si aliquando non pateat aditus ad Episcopum pro casu reservato, possit Confessarius pœnitentem absolvere? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 58. pag. 276.
20. An Pœnitentiarius Ecclesie Cathedralis N. possit ab omnibus casibus reservatis ab Archiepiscopo absque ejus licentia, & independenter ab illo absolvere? Et adducitur, Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præjudicio tertij, minime credendum esse. Et docetur consuetudinem legitime, plenè, & perfectè à tunc concludenter probandam esse. Et advertitur, quod consuetudo non solum debet esse rationabilis, sed etiam legitime præscripta, ita ut per unum actum interrumpatur. Et Probatum factum Prædecessoris non officere Successoribus. Ex part. 9. tractat. 8. & Miscell. 3. resolution. 11. ibidem.
21. Magis infirmatur id, quod dictum est in Superiore Resolutione; nempe Pœnitentiarium Ecclesie Cathedralis non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis. Ex quo inferitur, quod non sit credendum Doctoribus testantibus de consuetudine. Ex p. 9. tract. 8. & Misc. 3. ref. 12. p. 277.
22. An privilegia à Pontificibus concessa, ut absolvamur à casibus reservatis Episcopo, intelligantur independenter ab Episcopo ipso? Et advertitur potestatem Episcopis reservandi peccata concessam illis esse à Summo Pontifice, & non à jure divino. Et docetur, quod si Pontifex non possit penitus ab Episcopali Ordine potestatem referuandi casus tollere; potest tamen illam restringere, aut limitare, tanquam Supremus jurisdictionis Collator; & ideo si Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere; & Episcopus vellet potestatem Parochorum
- limitare plusquam par est, restricta, & limitata erit. Et supponitur Pontificem posse sibi reservare aliqua peccata pro tota Ecclesia, Episcopum pro suo Episcopatu, & Parochum pro sua Parochia; sed ista ultima reservatio fere semper inutilis erit. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. ref. 18. pag. 278.
23. An Confessarius absolvens à casibus Episcopo reservatis sine prætextu alicujus privilegij incidat in excommunicationem, & alias penas Decreti Clementis VIII. Et an Religiosus qui absque facultate absolverit ab aliquo casu in Religione reservato non incidat in penas dicti Decreti juxta aliud Decretum Clem. VIII? Et an qui absolvit à reservatis sub spe rati habitationis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia non tamen crassa, aut affectata, incidat in dictam excommunicationem? Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit absolvendo absque facultate à casibus reservatis, possit absolvi ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. de reformat. Id est, an Episcopus possit absolvere à casibus reservatis ex nova lege post dictum Concilium Tridentinum; & quid circa hoc declaravit Sacra Cardinalium Congregatio? Ex part. 3. tract. 4. ref. 73. p. 280.
24. An absolutio casuum reservatorum ex presumptione rati habitationis sit valida? Ex quo in corpore hujus Resolutionis quinque objectiones deducuntur circa hoc, & in ultima sequitur Confessarius graviter peccare, qui ita confessionem audire incipit. Et similiter peccare graviter, qui tale sciens confitetur; quamvis is facilius ex ignorantia possit excusari? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 57. p. 281.
25. Quid facere debeat Confessarius, qui male absolvit pœnitentem de aliquo casu reservato non habens jurisdictionem. Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. ref. 60. p. 282.
26. An cõstans Superiore liberetur à reservatione quoad peccata oblita? Ex quo inferitur, si Superior absolvat ab una censura solum, & habeat potestatem delegatam, non manere pœnitentem absolutum ab aliis, quas forte incurrerat, nec ablatam esse reservationem pro illis. Sed quid est sententiam, quando absolvit generaliter ab omni excommunicatione in quantum potest; & quando absolvit generaliter à peccatis, aut tunc verba dirigantur ad omnes censuras, & peccata reservata, & per consequens ad omnia oblita? Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 3. ref. 56. ibidem.
27. An quis licite possit absolvere pœnitentem, qui peccata reservata habet cum onere, ut ea sola postea Superiore confiteatur? Et quid, si excommunicatio annexa sit peccatis reservatis? Ex p. 3. tract. 4. ref. 58. p. 283.
28. An pœnitens qui à Superiore fuit absolutus à peccatis reservatis, teneatur postea ista cum aliis Sacerdoti inferiori confiteri? Ex p. 3. tract. 4. ref. 74. p. 284.
29. An qui confessus est omnia reservata legitimo Superiore, invalide tamen vel ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo Superiore confiteri, vel sufficiat cum quocumque Confessario approbato? Et an hoc procedat etiam in dictis peccatis confessis tempore Inubileo; Et an quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimane casus reservatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Inubileo, peccata illa maneant reservata? Et quid est dicendum de peccatis reservatis oblitis in illa confessione; an possint postea confiteri non habenti potestatem in reservata, etiam si Inubilem non lucratus fuerit? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. ref. 124. ibid.
30. An confessio reservatorum invalida, si facta sit Confessario habenti tantum facultatem delegatam, tollat etiam reservationem? Et an hoc omnino certum sit, quando peccatum est reservatum ob annexam censuram? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. ref. 65. ibid.
31. An Sacerdos, qui habet casus reservatos, à quibus presens Confessarius illum non potest absolvere, possit contritus sine prævia confessione Sacrum conficere? Et si talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato reservato alia peccata non reservata, vel saltem alia peccata venialia, teneatur confiteri omnia supra dicta peccata venialia & rejer

## & Resolutionum.

- & reservata, ut possit saltem ab illis indirec[t]e absolvi? Et quid est dicendum si Sacerdos, qui habet peccatum reservatum, habet etiam facultatem, ut possit illud confiteri inferiori cum onere postea comparandi coram Superiore; an possit omittere confessionem? Ex p. 2. tr. 14. ref. 65. ibid.
32. Quidam habebat casum reservatum cum excommunicatione annexa, & urgente necessitate celebravit; quaesierunt, an in tali casu tenebatur confiteri Sacerdoti inferiori; Idem est de laico, urgente necessitate ad communicandum. Et quid, si in dicto casu penitens habeat aliqua peccata non reservata, an teneatur illa confiteri Sacerdoti inferiori? Ex p. 3. tr. 4. ref. 103. alias 104. p. 285.
33. An si non adsit Confessarius potens absolvere à peccatis reservatis, possit, qui illa habet, elicita tantum contritione, sine ulla previa confessione Eucharistiam sumere? Idem est dicendum de eo, qui habet excommunicationem reservatam, urgente necessitate communicandi. Et quid, si prater mortale, ex cuius manifestatione penitens timet damnum, non habet nisi venialia; an in eo casu tali Sacerdoti teneatur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda confessione Sacramentali ante Eucharistiam servandum? Idem est dicendum ad præceptum annua Confessionis implendum. Ex p. 9. tr. 3. ref. 11. ibid.
34. An in casu necessitatis possit quis confiteri peccata reservata, que habent annexam excommunicationem cum Sacerdote inferiori? Et quid, si peccatum reservatum non habet annexam excommunicationem, licet penitens habeat aliqua peccata non reservata, an teneatur illa confiteri cum Sacerdote inferiori? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. ref. 68. p. 286.
35. An si quis habet peccata reservata, & ratione scandaliteneatur confiteri, si non adsit Sacerdos in talia peccata facultatem absolvendi habens, possit quis confiteri alia peccata, & reservata relinquere? Ex quo etiam deducitur, quid facere debeat ille, qui teneatur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandalit, & tamen est immodatus aliqua excommunicatione propter heresim. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 10. p. 287.
36. An qui habet peccata reservata, & nullum aliud simplex, si non adest Confessarius habens in illa jurisdictione, teneatur confiteri venialia? Et an qui solum habet unicum peccatum mortale, & illud non possit declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis, teneatur illud tacendo confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis, etiam extra mortis articulum? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 9. p. 288.
37. An una vox sit longum tempus, ut possit quis confiteri reservata cum Sacerdote non habente potestatem ab illis absolvendi? Et supponitur posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu reservato cum onere postea comparandi, quando longa temporis mora est interjicienda. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 8. ibid.
38. An qui ignorat reservationem alicujus casus, incurrat in illam? Et quid ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia reservationis non tribuit facultatem absolvendi penitentem, qui reservationem ignoravit? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 42. p. 289.
39. An ignorans casum reservatum sine censura absolvi possit a quocumque Confessario, etiam si non habeat potestatem absolvendi à reservatis? Et an excommunicatus excommunicatione reservata, sed non denunciatus absolutus à Confessario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo, & articulo mortis exeat, teneatur se præsentare Superiori, si non habeat, cui satisfaciatur? Et in §. Nota etiam hujus Resolutionis alij septem casus cursivissime adducuntur, sed jam omnes in corpore, vel in calce hujus tractatus sunt appositi. Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. ref. 65. alias 63. ibid.
40. An penitens bona fide confitens casum reservatum, nesciens esse talem absolvatur valide? Et quid, si dubitet, an sit reservatus, & post absolutionem novit esse ta-
- lem; v. g. si propter dubium Sacerdos inferior absolvit ab heresi, vel alio peccato reservato, & postea penitens remelius examinata deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum; an censetur jam legitime absolutus, vel an debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione? Et proponitur similis casus de illo, qui dubius de voto Castitatis emisso, petit dispensationem ab Episcopo, qui ratione dubij dispensavit, eo quod votum Castitatis dubium non est reservatum. Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 40. p. 291.
41. An quando quis confessus est peccatum dubium, si postea certum comperit esse reservatum, teneatur illud confiteri cum Confessario habente potestatem circa reservata? Et supponitur in reservatione non includi peccata dubia. Et an saltem teneatur confiteri supra dictum tale peccatum tanquam certum apud quemcumque ordinarium Confessarium? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. ref. 72. p. 292.
42. An dubitans, utrum casus sit reservatus, possit illum Confessarius absolvi? Et an possit reservari peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata? Ex p. 4. tract. 3. ref. 4. ibid.
43. An casus dubius, si contineatur in Bulla Cæne, possit absolvi à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato? Ex quo deducitur, quod casus dubius non conficitur reservatus. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 10. alias 8. ibid.
44. An reservatio casuum includat peccata præterita? Et quid, si censura super his imponatur? Pro quibus aliqua advertuntur contingentia in supra dictis casibus. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. ref. 70. p. 293.
45. An reservatio casuum comprehendat peccata commissa ante ejus reservationem? Et quid, si cum reservatione casuum Superior imponat censuram, & cum censura reservationem? Et docetur, quod cessante causa legis, & causa finali, cessat etiam lex, & hoc habet locum in legibus, & statutis. Et advertitur, quod ignorantes reservationem, adhuc illi subjiuntur. Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 39. ibidem.
46. An in casibus reservatis, & excommunicationibus detur parvitas materia? Ex part. 5. tr. 5. ref. 46. p. 294.
47. An qui obtinuit licentiam absolvendi aliquem à casibus reservatis, in quos incidat, & postea invenit illum incidisse etiam in dictos casus post licentiam obtentam, an inquam, possit illum absolvi? Et an peregrinus, qui habet casum reservationem in sua Diocesi, si non sit reservatus eo in loco, ubi confitetur, possit absolvi ab omni eo, qui illum alias possit audire? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 109. ibid.
48. An Confessarius unius Episcopatus possit absolvi penitentem alterius Episcopatus à casibus reservatis? Et an hoc etiam à fortiori procedat in Confessariis Regularibus, modo penitens non efficiat in fraudem proprii Ordinarj? Ex p. 3. tr. 4. ref. 102. alias 103. ibid.
49. An peregrini incidentes in aliquem casum reservatum illius Diocesis possint absolvi à Confessario non habente potestatem, nec jurisdictionem absolvendi à reservatis? Et an qui habet peccata reservata in una Diocesi, non possit, data opera, ad aliam Diocesim pergere, ut ibi absolvatur, &c.? Et an exterius, qui in hoc loco peccata hic reservata commisit, nequit absolvi nisi ab habente potestatem circa reservata? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 48. p. 295.
50. Hic Panormi sodomia reservatur à Domino Archiepiscopo. Quidam iter agens per aliam Diocesim fuit absolutus à tali casu, à quodam Sacerdote ordinario. Postea Panormum rediens, cum incidit in alia confessione id explicaret, noluit Confessarius illum absolvi, asserendo illam confessionem fuisse invalidam, & ipsum non habere potestatem absolvendi à casibus reservatis? quaesitum à me fuit, an hæc opinio esset vera? Et an hoc intelligatur, quando quis non suscipit peregrinationem in fraudem legis, ea sola de causa, ut possit aliis confiteri? Et quid est dicendum, si supra dictus casus, vel alius fuisset in utraque Diocesi reservatus? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 56. ibid.
51. An si v. g. furtum, sodomia, &c. essent casus reservati

## Index Tractatum,

- in aliquo Dioecesi, si committantur in Monasteriis Regularium exemptis, possint a quocumque Confessario absolvi? Et docetur, quod non dicitur subditus, qui intra Dioecesim furium in loco exempto, ut in Monasterio commisit. Et queritur, an puella manentes in educatione apud Moniales exemptas subiaceant jurisdictioni, aut reservationi casuum facta ab ordinario loci? Et an violantes statutum, vel sententiam Episcopi in Monasterio exempto incurrant excommunicationem ab Episcopo latam? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 9. alias 7. p. 296.
52. An incidat in casum reservationis blasphemia, si quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem praevidit? Et an iste in censuram incidat si ea esset lata contra blasphemantes? Et an si quis vinum usque ad ebrietatem sumeret ad finem, & animo iactandi blasphemias, iste incidat in casum reservationis blasphemie, si illas proferat in ebrietate? Et an iste in isto casu non teneatur confiteri se illas iactasse, sed satis sit dicere, quod se inebriavit animo illas iactandi? Et notatur casum reservationis blasphemie esse de blasphemia publica, & consuetudinaria. Sed difficultas est, quoniam dicenda sit blasphemia publica, & quoniam dicatur prolata ex consuetudine? Et an conculescentes vel percutientes Imagines sacras sint blasphemii, vel sacrilegi? Et an hoc delictum pertineat ad S. Officium? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 70. alias 68. p. 297.
53. An sit blasphemus consuetudinarius, qui post retractatam per actum oppositum pravam voluntatem, iterum delibet per tres vices blasphemat? Et an iste nunquam incidat blasphemando tali modo in casum reservationis blasphemie publica, & ex consuetudine & hoc roties, quoties per retractationem, & post actum contritionis extra Sacramentum derelinquitur consuetudinem advertenter blasphemandi, si iterum semel, vel bis, vel ter blasphemat post ultimam retractationem, confessionem, vel contritionem? Et notatur, quod hoc non debet intelligi de blasphemis eodem tempore, eodemque impetu ira prolatis, sed de evomitibus in interpolatis temporibus. Et quid est dicendum de eo, qui in ludo eodem, & cum eisdem personis ex intervallo, & interpolatis diversis verbis pluries blasphemaverit Deum, vel B. Virginem; an, inquam, incidat in casum reservationis, ut blasphemus ex prava consuetudine? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 71. alias 69. p. 298.
54. An Alumnus, qui vivit in Collegiis Societatis Iesu, vel aliorum Regularium exemptorum subdatur casibus Episcopalis? Idem est quoad confessiones & censuras. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 14. alias 12. p. 299.
55. In Tabella casuum reservationum Dioecesis Panormitane adest peccatum sodomie: quaesitum a me fuit, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali reservatione? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 1. ibid.
56. Quidam Sacerdos absolvit poenitentem, qui rem habuerat cum foemina in vase prepostero, tenens illam opinionem, hanc non esse veram Sodomiam, nec includi in casu reservato Sodomie posito in Tabella illustrissimi Archiepiscopi: quaesivit postea, an peccaverit, & an illud Sacramentum fuerit nullum, quia ille poenitens aliud peccatum in illa confessione non fuerit confessus? Et discutitur, an in materia Sacramentorum sequi possit opinio probabilis, relicta probabiliori, & tutiori? Et adde non solum errorem communem, sed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, ut Ecclesia det jurisdictionem, etiamsi forte opinio illa sit falsa, ut si probabile sit talem posse absolvere a reservatis, vel censuris, & similibus. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 29. ibid.
57. An Bulla Pij V. contra Clericos Sodomitas obliget in foro conscientiae, & sit usu recepta? Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. ref. 61. p. 300.
58. An Clericus incurrat in penas supra dictae Bullae, si habeat rem cum aliqua muliere in vase prepostero? Et an incurrat in casum reservationis Sodomie ille, qui cum muliere rem habuerit in prepostero vase? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 62. ibid.
59. An Clericus incurrat penas supra dictae Extravagantis, si non emisit semen intra vas? Ex quo deducitur, quod ad incurrendam in casum reservationis Sodomie necessarium est, ut semen intra vas effundatur, sin autem non erit proprie Sodomie. Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. ref. 63. ibid.
60. An in penas dictae Bullae incidant Clerici tam agentes, virum sodomiticum, quam patientes? Et an casus reservatus Sodomie extendatur solum ad agentem, & non ad patientem? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 64. p. 301.
61. An Clericus sodomiticum crimen admittens semel, vel bis, aut ter incurrat in penas supra dictae Bullae? Et an sit denuncianda mulier, qua semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi speret haesim? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 65. ibid.
62. An Clericus incurrat in penas dictae Bullae, si virum bestialitatis commiserit? Et pro praxi huius questionis aliqui alij diversi casus explanantur; & tandem deducitur legem poenalem non esse extendendam de casu, ad casum ex ideitate rationis; & quod in casibus reservatis, ut pote poenalis strictam debere fieri interpretationem. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 66. p. 302.
63. Utrum ad incurrendas penas supradictae Bullae exigatur sententia iudicis, ita ut ante illam Clerici dictas penas non incurrant in conscientia? Et ex doctrina huius Resolutionis deducuntur alij septem casus in §. ultimo huius Resolutionis; & alij quam plurimi deduci possunt, in quibus non incurritur in penas a lege civili, vel Ecclesiastica impositas ante iudicis sententiam. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 67. ibid.
64. Praxis pro Confessariis circa absolutionem Clericis sodomiticis impertiendam. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 68. p. 303.
65. Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur an incidatur, vel non incidatur in Sodomiam reservatam? Ex p. 7. tract. 12. & Misc. 3. ref. 13. alias 11. ibid.
66. Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reservavit in hac Dioecesi Panormitana aliquos casus, sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem ab illis absolventi, interrogatus sapinus sui a nostratibus, & exteris, an dicti Superiores Regularium possint istam autoritatem concedere alicui particulari? Idem queritur de Penitentiaris. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 53. p. 304.
67. An Vicarius Episcopi si habeat potestatem subdelegandi, possit absolvi ab alio, si incidit in casum reservationis? Et an idem dicendum sit de Priore, qui ut Vicarius ab Episcopo talem potestatem a Praelato sui Monasterij habuit, nam si in aliquem casum incidit, possit ab alio Confessario subdelegato de illo absolutionem obtinere sine licentia Praelati? Et quid de Episcopo, si in casum incidit reservatum Summo Pontifici, a quo ipse alios absolvere potest? Et an, si subditus petat a Praelato omnem eius auctoritatem pro una vice, & una persona sibi subeleta, includatur ipse petens, ita ut possit absolvi a reservatis ab aliquo Confessario? Idem est dicendum de dispensatione, ac de absolutione. Ex part. 3. tr. 4. ref. 141. alias 142. ibid.
68. An mortuo Episcopo casus reservati expirent, ita ut possint absolvi a quocumque Confessario? Et quid, si casus reservati sint per statutum, vel Synodum Dioecesanam, aut qui iure, vel consuetudine ipsi Episcopo reservantur; an absolutio petenda sit a successore seu Capitulo, si de vacante? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 108. p. 305.
69. An mortuo Episcopo, quilibet sacerdos possit absolvere a casibus sibi reservatis? Et quid est dicendum, si casus sint reservati per statutum, vel legem synodalem? Et an si in mandatis Visitationum Episcopi reservent sibi aliqua peccata sive cum excommunicatione sive sine illa, expiret reservatio mortuo Episcopo? Idem est dicendum de Visitationibus Provincialium Religionum. Et an supra dicta intelligantur quoad illos, qui in vita Conditoris Episcopi, vel Provincialis Regularium praedictam censuram,

## & Resolutionum.

*suram, aut reservationem non incurverunt, nam si adhuc vivente Episcopo incurse sunt, tunc quidem reservatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Episcopo, aut Prelato Regularium? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 41. ibid.*

Hic verò transcribuntur reliquæ omnes difficultates pertinentes ad hunc Tractatum 5. de Reservatis, atque de eorum Absolutione hujus Tom. I. quæ mistæ dispersæ sunt, vel latent in cæteris omnibus aliis Tractatibus hujus totius operis, ut ita citius, & expeditius omnes quæstiones, & Resolutiones inveniantur.

**A**n Pontifex possit reservare peccata venialia? Et docetur cæteros Superiores, & alios Prelatos inferiores Papa non posse sibi reservare peccata venialia. Et an Pontifex possit reservare peccata mortalia interna? Et quid circa hoc apud Episcopos & Religiosos? Et an Pontifex possit reservare omnia peccata mortalia externa? Et an hoc valide, licet illicitè facere possit? Et an Pontifex validè possit sibi reservare absolutionem casus, & excommunicationis etiam in articulo mortis? Ex quo inferitur reservationem factam à Papa abque causa valere respectu omnium Confessorum non tamen esse licitam. Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 52. 53. & 54. & ex p. 10. tr. 14. ex ref. 7. alias 5. Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 1. de Potestate Pontificis ref. 31. 32. 33. & 34.

**A**n Episcopus possit concedere Bullas cum facultate absolvendi à casibus sibi reservatis, & dispensare & commutare in eis, quæ ipse jure suo ordinario possit? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 60. Quæ hic reperietur in tom. 3. tr. 3. de Potestate Episcopi ref. 67.

**A**n Episcopus possit præcipere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Ex part. 10. tr. 13. ex ref. 23. Quæ hic est in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 70.

**A**n Capitulum Sede Vacante possit concedere facultatem absolvendi à reservatis; Et an Capitulum Sede Vacante possit concedere facultatem, & eam delegare pro casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium? Et an possit deputare Penitentiariorum cum potestate absolvendi à casibus reservatis Episcopi? Ex p. 8. tr. 4. ex ref. 47. 9. & 12. Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 5. de Capitulo Sede Vacante ref. 23. 24. & 31.

**A**n Prelatus, qui potest dispensare circa suos subditos in reservatis, possit etiam circa se? Ex p. 1. tr. 9. ex ref. 15. Quæ hic reperietur in tom. 4. tr. 6. de Jejunio ref. 3.

**A**n Bulla Cruciatæ suspendat privilegia Regularium absolvendi à reservatis? Et an ut Episcopus, vel Confessorius virtute Cruciatæ, vel Jubilei possint commutare aliquod votum, satis sit, quod sit in opinione, an sit reservatum, nec ne? Et an per Bullam Cruciatæ possit quis commutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reservationem, ut scilicet, à nullo possit auferri nisi per commutationem à Pontifice? Ex p. 1. tr. 11. ex ref. 100. 78. & 75. Quæ hic sunt in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ ref. 126. 99. & 82.

**A**dverte, quod in prædicto tom. 4. & tract. 3. de Bulla Cruciatæ sunt multa alia difficultates omnes mistæ pro reservatis & Bulla Cruciatæ, & etiam pro Reservatis Regularium, quas facillimè ibidem reperies in ref. 28. 29. 31. 32. 33. & à ref. 37. usque ad ref. 54. inclusivè, & non in aliis præcitati tractatus.

**N**ota etiam, quod in prædicto tom. 4. tr. 4. de Jubileo, sunt etiam plures quæstiones omnes mistæ pro reservatis, & eorum absolutione tempore Jubilei, & etiam pertinentes ad Regulares, & Moniales, quas ibi reperies, quando ita casus mixtus occurrerit in Resolutionibus hic assignan-

dis, & non in aliis prædicti tractatus, videlicet in ref. 10. 11. 13. 21. 36. 38. 40. 41. 42. 55. 57. 59. 60. 61. 64. 65. & 66.

**A**n Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvi à casibus reservatis Episcopo de jure communis? Et utrum Decretum super absolutione à casibus reservatis deroget privilegium Confessoriorum commorantium in hoc Regno Sicilia, & Sardinia? Et quidam Religiosus cum in casum reservatum incidisset, ex industria cujusdam negotij se transfudit in aliam Civitatem, ut ibi absolveretur; quæsit, an valida fuisset illa confessio? Idem docetur quoad seculares ex Sacra Cardinali Congregatione. Et an pollutio Regularis cogitandi tantum turpia sit peccatum reservatum? Et quid, si sequatur ex aspectu nimis libidinoso, quando Superiores Regularium reservant pollutionem voluntariam? Et an Regulares ex confirmatione privilegiorum possint hodie absolvi à quinque casibus Papalibus exceptis in Decretis Clem. VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reservatis? Et an Episcopus possit sibi reservare aliquid circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas? Et an in dicto casu controversionis sint absolvenda ab Episcopo, vel à Prelato Regulari? Et an Moniales Ordinario subiecta subiacent casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro tota sua Diocesi, etiam si de ipsis Monialibus non fiat mentio in Edicto reservationis? Et an Prelatus Regularis pro Monialibus sibi subditis possit reservare casus, & censuras, neque opus est, ut Prelatus id faciat cum Capitulo, cum Moniales Capitulum non habeant? Ex p. 3. tr. 2. ex refol. 13. & ex p. 2. tr. 17. ex ref. 30. & ex p. 6. tr. 7. ex ref. 57. & ex p. 4. tr. 4. ex ref. 61. & ex p. 10. tr. 13. ex ref. 22. & 52. Quæ nunc inveniuntur in tom. 7. tract. 1. de Regularibus ref. 269. 273. 104. 118. 268. & 317.

**N**ota, quod in supra dicto tom. 7. & tract. 1. de Regularibus invenies alias multas quæstiones pro reservatis ipsorum Regularium tantum, & etiam Novitiorum signanter à ref. 102. usque ad ref. 120. præcitati tractatus.

**A**n quis incidat in casum reservatum, si dedit consilium ad homicidium alicui parato homicidium facere, si ex illo consilio postea libentius, & citius homicidium commiserit? Et an quando tempore Ordinationis Episcopi ferunt excommunicationem contra furtivè, &c. Ordinationi se ingerentes, dicta irregularitas regulariter sit Papa reservata, ita ut Episcopus in ea non possit dispensare? Ex p. 8. tr. 7. ex ref. 92. & ex p. 4. tr. 2. ex ref. 55. Quæ hic reperietur in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate ref. 107. & 15.

**A**n incidat in casum reservatum de coenitiis cum brutis, qui cognosceret belluam, quæ jam esset mortua, si intra ejus vas seminet? Ex p. 9. tract. 9. ex ref. 1. Quæ hic est in tom. 8. tract. 6. de Luxuria ref. 6.

**A**n impuberes committentes se cum consanguineis vel affinis sint inclusi in casu reservato incestus? Et an concubitus viri Christiani cum muliere infideli, Turca, vel heretica sit circumstantia in confessione aperienda, si casus sit ab Episcopo reservatus? Ex p. 3. tract. 4. ex ref. 100. alias 101. & ex ref. 137. alias 138. Quæ hic sunt infra in tract. 7. de Circumstantiis ref. 137. & 126.

**A**n committentes homicidium voluntarium, raptum virginis, sacrilegium cum Moniali, incestum sodomiam, & similia peccata, quibus annexa est reservatio, afficiantur reservatione, si hac ignoretur? Ex p. 7. tr. 4. ex ref. 14. Quæ nunc inveniuntur in tom. 5. tr. 7. de Symonia ref. 62.

**A**n ignorantia censura invincibilis, quæ est annexa casibus Pontificiis impediatur reservationem? Et quid si supra dicta ignorantia sit crassa, supina, vel affectata? Et an vendere Agnus Dei, & retinere illos sit excommunicatio Pontifici reservata? Et an lata excommunicatio reservata contra perpetrantes homicidium, si quis jam propinatus alteri veneno consecratur illud, incidat in censuram, vel casum reservatum, si homicidium reservatum? Ex p. 9. tract. 6. ex ref. 13. & in p. tract. ref. 12. & ex p. 8. tract. 7.





## & Resolutionum.

sacramentalem confessionem, & habeat aequalem potestatem. Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. ref. 47. p. 315.

13. An Confessarius licite imponat sub pœnitentia officium v. g. Mortuorum, vel alias Orationes recitandas pro animabus Purgatorij? Ex p. 3. tr. 4. ref. 54. p. 316.

16. An recte Confessarij imponant pœnitentias applicandas pro animabus Purgatorij? Ex p. 3. tr. addit. ref. 11. ibid.

17. An Confessarius possit imponere pœnitenti, ut satisfactionem pro peccatis impostam applicet pro animabus Purgatorij? Et ex doctrina huius questionis inferitur non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis posse sacramentalem pœnitentiam imponi. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 57. p. 317.

18. An opinio aliquorum asserentium Confessarium non posse imponere pœnitentiam pro animabus Purgatorij sit improbabilis? Et observatur primo sepius Confessarios excusari à culpa imponente leves pœnitentias in confessionibus ratione illius clausula. Passio Domini nostri, &c. quarvis essentia absolutionis consistat in his verbis. Absolvo te. Secundo posse pœnitentem commutare pœnitentiam impostam à Confessario in melius. Tertio tunc dilationem pœnitentia gravis esse nimiam, quando differtur post tertium diem ab imposta pœnitentia. Sed tandem queritur, an sit tempus implendi pœnitentiam à Confessario non sit prescriptum, possit pœnitentia ad annum differri? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 26. p. 318.

19. An Confessarius possit imponere pœnitentiam, ut si quis committeret tale peccatum, solvet statim elemosinam pauperibus, vel confiteatur, aut communitur Dominica sequenti, &c. Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. ref. 48. p. 319.

20. Quis habuit pœnitentiam dicendi singulis sextis Feriis Litaniis, quas vult, an teneatur ad preces, & Orationes subsequentes; vel an teneatur adire Confessarium, ut se magis explicet? Idem dicendum est, si quis vovit recitare Litaniis, vel si aliquod votum fuisset commutatum in recitandis, v. g. singulis septimanis Litaniis. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 46. p. 320.

21. An qui habet pœnitentiam à Confessario per annum singulis diebus, v. g. recitandi Coronam, vel Litaniis, B. Virginis, satisfaciatur, si recitet simul intra paucos dies? Et an si pœnitentia sit v. g. in iuncta de jejunando diebus veneris, vel Sabbati unius mensis vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit jejunare, teneatur alio die jejunare? Et an qui habuit pœnitentiam cum circumstantia eam adimplendi flexis genibus coram Imagine tali, peccet mortaliter aliter faciendo? Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 12. p. 321.

22. An Confessarius, qui culpabiliter non obligavit pœnitentem ad restitutionem, peccet, & teneatur ipse restituere? Ex part. 2. tr. 16. & Misc. 2. ref. 1. ibid.

23. An idem Confessarius possit extra confessionem pœnitentiam à se impostam commutare? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 46. p. 322.

24. An post unam hebdomadam possit idem Confessarius commutare pœnitentiam, nullo demum Sacramento ministrato? Et docetur commutationem pœnitentia faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsam pœnitentem agnoscere, & iudicare peccata illius saltem præcipua, ob qua pœnitentia, siue satisfactio ab alio imposta fuit. Sed advertitur, quod pœnitens non tenetur aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob qua pœnitentia prior est imposta; ita ut iste secundus Confessarius possit etiam commutare pœnitentiam extra confessionem. Et quid maxime, si pœnitentia est medicinalis? Queritur etiam, quando teneatur pœnitens satisfactioem sibi in Sacramento impostam adimplere? Et explanatur quid faciendum sit, quando pœnitens, vel Confessarius à confessionali recessit, & oblitus est pœnitentia imposta; aut forte Confessarius ex oblivione oblitus est pœnitentiam imponere. Et notatur, quod si singulis mensibus obligatus sis communicare, non peccabis mortaliter, si sex, vel octo dies communionem distuleris. Et quod obligatus jejunare Feria sexta, si omittat jejunium

eo die intentione transferendi illud in sequentem diem non excedere culpam venialem. Et tandem docetur, quod si pœnitens probabiliter iudicat, vel dubitat se pœnitentiam post aliquod tempus implere non posse, teneatur, cum primam possit illam adimplere; si vero hoc non dubitet, potest illam per annum differre. Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 56. alias 57. ibid.

25. Virum unus Confessarius possit impostam pœnitentiam ab alio commutare? Et an Sacerdos possit commutare pœnitentiam, non addita confessione eorundem peccatorum? Et an secundus Confessarius, qui non habet potestatem absolvendi à peccatis reservatis, super quibus pœnitentia imposta est, possit hoc non obstante, pœnitentiam illam commutare? Et an dicta commutatio facienda sit in sacramentali confessione, vel extra? Et an si intra unum, vel alterum diem, triduum, vel hebdomadam redeat pœnitens, possit extra confessionem ab eodem Confessario commutari pœnitentia? Et utrum, si pœnitentia sit tantum medicinalis, possit à quolibet Confessario extra confessionem commutari, suscipi, & super ea dispensari? Et an prædicta commutatio possit ab eodem Confessario fieri sine causa? Et quid ab alio Sacerdote? Et an pœnitens auctoritate propria possit commutare pœnitentiam à Confessario impostam in opus evidenter melius? Et an possit pœnitens pœnitentiam impostam per annum differre? Ex p. 2. tr. 5. & Misc. 1. ref. 53. p. 323.

26. An secundus Confessarius possit commutare pœnitentiam extra confessionem sacramentalem? Ex quo curissime inferitur, quod votum commutari potest & absolutio à censuris potest fieri extra Sacramentum. Et docetur primum Confessarium, qui imposuit pœnitentiam, illam commutare, vel diminueri posse extra confessionem. Item brevissime deducitur, quod pœnitens ipse possit, auctoritate propria, commutare pœnitentiam sibi à Confessario injunctam in opus equale, aut saltem in evidenter melius. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 43. p. 325.

27. An Confessarius possit commutare pœnitentiam præservativam ab alio Confessario impostam? Et an Confessarius possit commutare pœnitentiam, non audita priore confessione eorundem peccatorum etiam reservatorum? Ex p. 3. tr. 4. ref. 136. alias 137. ibid.

28. An pœnitens propria auctoritate possit commutare pœnitentiam impostam à Confessario in evidenter meliorem? Idem est dicendum de voto. Et an Sacerdos simpliciter possit ex justa causa mutare pœnitentiam peccatorum mortalium, que jam fuerunt legitime Confessario confessa? Et quid, si pœnitentia fuerit data super peccata reservata & etiam non iterata priori confessione, dum modo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra; quod si commutaverit idem Confessarius, poterit quidem etiam extra confessionem? Et an teneatur Confessarius commutare pœnitentiam à se, vel ab alio injunctam, si nolit? Et quid, si adsit periculum fractionis, vel maxima afflictio, & cordis angustia in pœnitente? Idem est de commutatione voti. Et docetur, quod Confessarij non reminiscuntur pœnitentia imposta ob vitandam molestiam feminarum obliatarum pœnitentia, & postulantium aliam injungi, possint designare aliquod opus ab illis agendum, dicendo, age, quod volueris. Ex p. 3. tr. 4. ref. 53. p. 326.

29. An pœnitens propria auctoritate possit commutare pœnitentiam sibi impostam in opus evidenter melius? Idem est dicendum de commutatione voti. Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 73. ibid.

30. An pœnitens possit commutare propria auctoritate pœnitentiam in melius? Et docetur, quod quando pœnitens oblitiscitur pœnitentia in unctis, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere pœnitentiam secundam propriam arbitrium, considerando peccata confessa, & satisfactionem, que communiter solet adungi pro similibus peccatis. Et queritur, an pœnitens satisfaciatur Psalmis, Corona, aut aliis precibus pro pœnitentia injuncta debitis, si sola mente recitet? Et deducitur, quod non

## Index Tractatum,

- non satisfacit, qui habens pro penitentia injunctum jejunium, si illud noctu frangit, etiam si in die illud servet. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 54. alias 53. p. 327.
31. *Alia dubia circa penitentiam impositam a Confessario proponuntur. Sed præter ea jam ex illis iterum adscripta in hoc tractatu, restant sequentia dubia. Primum, an Confessarius teneatur imponere penitentiam præservativam? Secundum, an Confessarius possit injungere penitentiam, ut matrimonium contrahat? Tertium an qui ex penitentia ad Rosarium, vel Coronam Virginis recitandam obligationem habet, possit recitare cum socio, dicens quilibet suam salutationem Anglicam? Quartum, an penitens, si impotens sit ad recitandum officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare, & penitentiam adimplere; si socium facillime adinventire queat? Ex p. 11. tract. 7. & Misc. 7. ref. 3. ibid.*
32. *An facta commutatione penitentia, possit penitens eligere, quam maluerit? Et quid, si penitens iterum constetur eadem peccata, super quibus penitentia injuncta fuit, & de novo illi penitentia imponitur, tacita prima, an teneatur, secunda penitentia non obstante, adimplere primam non revocatum? Et an Confessarius in alia confessione, etiam non iterata confessione, possit commutare penitentiam? Et an idem Confessarius possit, non audita confessione, mutare penitentiam, si penitens intra hebdomadam redeat? Etiamque quaritur, utrum Confessarius possit imponere penitentiam gravem sub onere tantum peccati venialis? Et an penitens, si ex negligentia non adimplet penitentiam tempore determinato a Confessario, peccet tantum venialiter? Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 55. p. 329.*
33. *An penitentia imposita a Confessario, quando adimpletur, debeat referri ad confessionem, v. g. si quis habuit penitentiam a Confessario audiendi Missam quotidie per spatium unius mensis, vel anni, sed aliquando audit Missam immemor dictæ penitentia, quaritur, an satisfaciat præcepto penitentia injunctæ, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, ut possit prodesse ex opere operato? Et quid, si injunctum opus in penitentia penitens executioni mandaret cum intentione expressa illam non implendi, an tunc quidem satisfaciat præcepto Confessarii, sed tamen non habeat rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittat penam ex opere operato? Et an penitens possit propria autoritate commutare penitentiam a Confessario positam in opus evidenter melius sicut votum? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 26. alias 25. p. 330.*
34. *An Satisfactio Sacramenti causet gratiam ex opere operato? Et an implere penitentiam in peccato mortali, sit peccatum mortale? Ex part. 3. tr. 4. ref. 70. p. 331.*
35. *An satisfactio sacramentalis in peccato mortali facta habeat suum effectum? Et asseritur penitentiam in statu peccati mortalis impletam remittere postea penam temporalem ex opere operato, quando recedit fœditio, id est, quando cessat status ille. Et an penitentia a Confessario taxata juxta gravitatem peccatorum, & non minorata ob fragilitatem penitentis extinguat debitum totius penæ temporalis restantis? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 38. ibid.*
36. *An satisfactio sacramentalis facta in peccato revisiscat, cum homo resurgit per contritionem subsequentem? Ex p. 3. tr. 4. ref. 84. alias 85. p. 332.*
37. *An implens penitentiam in peccato mortali peccet mortaliter? Et an qui oblitus est penitentia sibi injunctæ, teneatur secundo eadem peccata confiteri, vel quid debeat facere? Et an possit a Confessario imponi in penitentiam sacramentalem opus præcepti; & an penitens illam omitrens peccet dupliciter? Et an Confessarius possit imponere penitentiam per modum concilii, dicendo, si hoc, vel illud feceris, serviat tibi in satisfactionem? Et an possit penitens penitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confessarius id vult? Et an Confessarius possit in penitentiam sacramentalem imponere opus internum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 241. ibid.*
38. *An adimplere penitentiam in statu peccati mortalis sit saltem peccatum veniale? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 45. p. 333.*
39. *An qui non adimplet penitentiam in tempore a Confessario præfixo, peccet mortaliter? Et notatur, quod si in honorem alicujus Festi peculiaris imponat, v. g. Confessarius jejunium, si per impotentiam a jejunio illius diei penitens excuserit, non teneatur postea alio die jejunare. Secus autem, si Confessarius præciperet penitentibus jejunium diebus Veneris, vel Sabbathi unius mensis, vel anni. Ex part. 3. tr. 4. ref. 91. alias 92. ibid.*
40. *An Confessarius imponens penitentiam, etiam tempus determinando, post illud elapsum teneatur penitens adhuc illam adimplere? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 37. p. 334.*
41. *An qui habuit penitentiam jejunandi, v. g. singulis sextis Feriis, si non possit illo die jejunare, teneatur altero die ad jejunandum? Et infertur, si Confessarius imponat jejunium penitenti, singulis diebus Veneris per annum servandum, & Festum Nativitatis Domini incidat in die Veneris, non teneri penitentem illo die jejunare, sed posse jejunium in aliam diem transferre. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 53. alias 52. ibid.*
42. *An Confessio sacramentalis injuncta singulis mensibus possit ultra differri? Et an in prædicto casu possit anticipari? Idem dicendum est in utroque casu, si votum esset emissum de confessione agenda singulis mensibus. Ex p. 3. tr. 4. ref. 99. alias 100. p. 335.*
43. *An qui per Confessarium vigore literarum alicujus dispensationis habuit penitentiam, ut singulis mensibus confiteatur, an inquam, confessionem aliquo mense omisitam teneatur sequenti supplere? Et notatur, quod eo mense, quo iste vellet satisfacere præcepto confessionis annua, tantum obligatur ad unam confessionem, eaque satisfactio tantum dispensationi, tum præcepto Ecclesie. Idem est de eo, qui menstruam confessionem voravit, vel si a quolibet Confessario menstruam confessionem in penitentiam habuit. Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 31. ibid.*
44. *An penitentia imposita a Confessario possit differri ad unum annum? Et quid, si intra prædictum annum iterum vult confiteri, & non adimplevit penitentiam præteritam, vel primam confessionis præterite, an adhuc possit differre primam penitentiam ad unum annum? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 42. ibid.*
45. *An penitens possit per annum differre penitentiam impositam a Confessario? Et alia dubia proponuntur circa hoc. Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 10. p. 336.*
46. *An in dilacione penitentia injuncta detur parvitas materia? Et cursim docetur penitentem posse infra annum differre adimpletionem penitentia, si Confessarius aliter non injunxerit. Et notatur non adimplere penitentiam esse quid grave, & mortale. Et quid, si Confessarius imponat penitentiam dicendi tertiam partem Rosarii B. Virginis, si omittentur, v. g. quatuor Ave Maria, an excusetur penitens a peccato mortali ratione parvitas materia? Idem est de penitentia audiendi Sacram, si illud audiat post Evangelium recitatum, & de aliis similibus penitentis agitur in quibus datur parvitas materia. Ex part. 5. tr. 5. ref. 15. p. 337.*
47. *An si quis culpabiliter omittat modicam injunctam penitentiam, peccet mortaliter, etiamsi sit imposita propter peccata venialia? Et quid dicendum sit, si penitentia gravis sit, sed ob venialia tantum peccata imposita; an ejus transgressio, vel omisio non transcendat culpam venialem? Et advertitur obligationem acceptandi penitentiam levem esse solum sub veniali. Ex p. 3. tr. 4. ref. 101. alias 102. ibid.*
48. *An qui non implet penitentiam gravem impositam pro venialibus vel quod sapius solet evenire pro mortalibus alias confessis, peccet mortaliter? Et quid, si imposita penitentia absolute sit levis, vel si aliqua exigua pars penitentia gravis a penitente non adimpleatur? Et notatur Confessarium imponentem penitentiam post datam absolutionem*

## & Resolutionum.

- absolutionem non peccare venialiter. Ex p. 3. tr. 4. ref. 135. alias 136. p. 338.
49. An injungenda sit penitentia scrupuloso frequenter intram eandem horam accedenti ad confessionem. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. ref. 6. ibid.
50. An quis possit unico actu pluribus preceptis, & obligationibus satisfacere; Et pro praxi hujus questionis aliqui diversi casus in textu hujus Resolutionis adducuntur, & signanter quatuor Curiosi casus inferuntur pro satisfactione sacramentali. Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. ref. 86. p. 339.
51. An qui v. g. per mensem singulis diebus habuit penitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festis duas Missas audire? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 61. ibid.
52. An si Confessarius v. g. injunxit duas Missas audire, satisfaciatur penitens, si simul ex uno loco illas audiat ab duobus Sacerdotibus? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 71. p. 340.
53. Quis ex devotione recitabat singulis diebus Officium B. Virginis, qui postea, habuit penitentiam recitandi per annum singulis diebus tertiam partem Corona ejusdem Beate Virginis, quaesivit a me, an satisfaceret dictae penitentiae cum recitatione predicti Officii? Et quid, si penitentia sit medicinalis, & preservativa? Ex part. 3. tr. 4. ref. 105. alias 106. ibid.
54. Quis habuit penitentiam recitandi septem Psalmos per aliquas sextas Ferias, flexis genibus coram crucifixo, quaesivit, an impleverit Penitentiam recitandi dictos Psalmos aliquo alio tempore, & loco sine illis circumstantiis? Ex p. 3. tr. 4. ref. 55. ibid.
55. Quis fecit penitentiam impositam a Confessario absque intentione illam adimplendi, mox cum intentione contraria, queritur, an teneatur illam de novo facere? Et infertur, quod licet penitens non recorderet penitentiam impositam, adhuc satisfaciatur jejunando ex devotione. Et quod si aliqui Confessarius imposuit pro penitentia jejunium, vel elemosynam disjunctim, & ipse dederit elemosynam cum intentione non adimplendi penitentiam per illam partem, sed jejunando postea, possit adhuc postea penitens non jejunare. Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 43. ibid.
56. Quae penitentia injungenda sit a Confessario ei, qui hominem necasset? Ex part. 5. tract. 4. ref. 43. p. 341.
57. An si quis lucratur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ab implenda penitentia medicinali imposita a Confessario? Et quid, si penitentia non sit medicinalis? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 47. alias 46. ibid.
58. Quando penitentia imposita a Dataria pro aliquo matrimonio dirimente impleri non potest, queritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis obtenta matrimonium inire? Et pro praxi hujus questionis alia diversa difficultates in exemplum adducuntur? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. ref. 9. ibid.
59. An Episcopus ex justa causa possit commutare penitentiam a Pontifice impositam? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 11. p. 342.

Nunc autem adscribuntur aliae paucae difficultates pertinentes simul ad hunc Tract. 6. de Satisfactione Sacramentali quae dispersae divagantur per caeteros alios Tomos, Tract. 8. & Ref. hujus totius operis, ut ita promptius omnes difficultates, & quaestiones reperiantur.

**A**N Summus Pontifex, si Sacerdos non sit possit tollere penitentias in sacramentali confessione impositas? Et docetur per Indulgentias non tantum indirecte, & mediate, sed etiam directe, & immediate tolli sacramentales penitentias. Ex quo etiam inferitur non teneri ad servandam penitentiam, quam in videritiam suorum

Tom. I.

- peccatorum in foro sacramentali quis accepit, si probabiliter Indulgentias lucratus est. Et an Pontifex per Indulgentias intendat non solum liberare a penitentia injunctis a Confessario, sed etiam a non injunctis? Ex p. 8. tr. 1. ex ref. 80. & 81. Quae nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 1. de Potest. Pontificis ref. 44. & 45.
- An qui ex injuncta penitentia, in confessione, aut ex alio capite habet mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus impleat existens in peccato mortali, teneatur iterum illud implere in statu gratiae? Ex p. 11. tract. 5. ex ref. 54. s. Sed. Quae hic est in tom. 8. tr. 10. ref. 14.
- An qui ratione penitentiae teneatur recitare Officium Divinum & simul est in Sacris, vel Beneficiarius, teneatur pluries in die Officium Divinum recitare? Et an Clericus, & Religiosus, qui recitat Psalmos pro penitentia a Confessario injuncta lingua Italica, Hispanica, aut alia vulgari sine causa, peccet mortaliter? Et quid, si lingua Hebraica, aut Graeca illos recitet? Ex p. 9. tr. 9. ex ref. 22. & in tr. 7. ex ref. 67. Quae nunc inveniuntur in tom. 3. tract. 6. de Horis Canonice ref. 112. & 49.
- An si quis ex devotione inviserit hanc, vel illam Ecclesiam, & non recorderetur, quod ad id teneatur ex penitentia a Confessario injuncta, si postea recorderetur penitentiam, teneatur iterum illam visitare? Ex p. 5. tr. 13. ex ref. 94. Quae hic reperietur in tom. 8. tr. 7. de Furto ref. 46.
- An qui eodem tempore tres Missas audit, satisfaciatur precepto, voto, & penitentia injuncta de audiendis tribus Missis? Et an si quis habuit pro penitentia injuncta a Confessario audiendi Missam, vel recitandi, Officium B. Virginis, vel Rosarium ejusdem, si illam audiat, vel recitet sine interna attentione, adimpleat penitentiam? Et an possit quis audire eodem tempore tres Missas, quae a tribus Sacerdotibus celebrantur, & satisfacere penitentiae injunctae a Confessario audiendi tres Missas? Ex p. 5. tr. 14. ex ref. 52. & in p. 10. tr. 11. ex ref. 6. & in tr. 15. ex ref. 3. Quae hic sunt in tom. 2. tract. 3. de Audienda Missa ref. 26. 4. & 29.
- An qui ex penitentia teneatur recitare aliquo die partem Rosarii, si illam cum notabili interruptione recitet, dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem mane, & aliam vespere recitet? Et an si pro mortalibus Confessarius imponat penitentiam levem, & intendat sub mortali obligare, si penitens illam non adimpleat, lethaliter peccet? Ex part. 4. tr. 4. ex ref. 17. & ex p. 5. tract. 5. ex ref. 50. Quae nunc inveniuntur in tom. 8. tr. 4. de Voto ref. 47. & 12.
- An blasphemus consuetudinarius, & admonitus sapienter in aliis confessionibus teneatur acceptare aliquam penitentiam pro prava consuetudine tollenda? Idem est de jurante falso ex consuetudine? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ex ref. 30. Quae hic est supra in tract. 4. de Absolutione sacramentali ref. 26.
- An possit Confessarius videns penitentem penitentiam in confessione impositam non adimplere, movere illum absque fractione Sigilli confessionis, ut promissa adimpleat? Et an Confessarius sine fractione Sigilli possit manifestare penitentiam, quam imposuit penitenti? Et an penitens teneatur penitentiam a Confessario non manifestare sub Sigillo? Et an saltem peccet mortaliter, si prodar ea, ex quibus Confessarii fama, vel honor notabiliter leditur, vel juris bonum aliud exigat? Ex p. 5. tr. 11. ex ref. 20. 31. & 8. Quae hic sunt infra in tract. 8. de Sigillo ref. 57. 62. & 64.
- An Confessarius dans penitentiam foeminae, ut nuda a se verberaretur, ut postea accidit, sit Inquisitoribus denunciandus? Ex p. 4. tract. 5. ex ref. 47. Quae nunc inveniuntur in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus ref. 82.
- An Bulla Cruciatæ det privilegium illam sumentibus, ut in jejuniis ex penitentia a Confessario impositis, possint edere ova, & lacticia? Ex part. 1. tract. 11. ex ref. 3. & 17. Quae hic reperietur in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ resolut. 167. & 168.

An



## & Resolutionum.

ex colloquio cum aliis, an in tali casu teneatur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint conjugata, soluta, &c. & teneatur etiam explicare qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa conjugatos, circa solutos, circa nefandum vitium, &c? Ex p. 3. tract. 4. ref. 13. alias 114. ibid.

14. An quando quis induxit aliquos ad peccandum, teneatur in confessione explicare non solum numerum personarum, sed etiam speciem peccati, ad quod pravo suo exemplo illos induxit? Et quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, an in tali casu teneatur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint conjugata, soluta, &c. & teneatur etiam exprimere qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa conjugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. nec satis sit dicere, in alio casu sui injustus in materia gravi, sed opus sit dicere, an in fortunis, an in fama, an in vita, &c? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 33. pag. 30.

15. An quando unica occasione alij inducuntur ad peccatum mortale, quomodo sit hoc in confessione aperiendum? Hoc est, an talis penitens teneatur non solum explicare speciem peccati, ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse numerum personarum, quas ad tale peccatum traxit? Et utrum delectationes diversa, nunc de una soluta, deinde etiam de alia soluta, item de una conjugata, deinde etiam de alia conjugata, &c. si successivè habeantur eodem tempore morali, possint constitui unum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, scilicet possunt, si essent illi actus ita simul successivè circa eandem sive solutam, sive conjugatam, &c? Et quid est dicendum de illo, qui sapius decrevit cum eadem fornicari, & ita deinde pluries cum illa fornicatur absque interruptione sufficienti ad multiplicandum peccatum; an unum tantum numero peccatum censetur admisisse, an vero plura? Ex p. 11. tract. 5. & Misc. 5. ref. 49. p. 351.

16. An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eadem specie peccati, & debeat hoc necessario aperire in confessione? Et an in scandalo indirecto duplex virtus violatur, sed in ordine ad confessionem satis sit, si exprimat speciem peccati, cujus occasionem absque justa causa praevisi? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 29. p. 352.

17. Aliquis operatur mala notabilia, & contumelias afflicto Sororem; quæsitit à me, an hac circumstantia esset explicanda in confessione, vel sufficienti dicere, mihi conjunctum contumelias afflicto? Idem est dicendum de Patre, matre, filio, fratre, uxore. Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem sit circumstantia mutans speciem? Et obiter notatur quod in copula habita cum consanguinea, & affine non esse explicandos gradus neque consanguinitatis, neque affinitatis. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 18. alias 16. p. 353.

18. An sit explicanda in confessione species contumelia, qua quis aliquem afficiat? Idem est dicendum in detractione, & judicio temerario. Et an desiderans ex odio malum teneatur in confessione explicare speciem mali? Et docetur, quod qui rumpet jejunium in Vigilia cadente in quatuor tempora, debet explicare utrumque titulum ex natura rei. Item qui peccans quocumque peccato in Ecclesia, an debeat hanc circumstantiam in confessione exprimere, seclusa ignorantia, aut inadvertentia? Et notatur eum, qui toto anno statuit non jejunare, non audire Sacram, non recitare Horas Canonicas, unum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui propositum non jejunandi, non audiendi Sacram, &c. Item, quod qui eodem actu auferret tria vasa trium Dominorum, unum peccatum committit, & sufficienter confiteretur dicens, semel furatus sum. Et quid, quando quis habuit secum pollutionem cogitans multas uxoras, vel Moniales? Et tandem docetur non esse necessarium explicare in confessione gradus affinitatis, vel consanguini-

Tom. 1.

tatis persona, ad quas quis luxuriose accedit. Sed ratione reservationis aliquando sit explicandus gradus, &c. Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 34. p. 354.

19. An qui unico impetu profert in servos plures injurias, vocando illos fures, sodomitas &c. an inquam, aperienda sit quantitas, & numerus injuriarum, & etiam personarum; vel sufficiat accusare se injuriam gravem intulisse alicui, non explicando injurias, neque personas? Et quid, si quem Hereticum, aut patria proditorem, an quid aliud simile appelles? Et an omnes contumeliae sint eiusdem speciei? Et doctrina supra dicta prime questionis applicanda, & practicanda est in detractionibus, & sic à multis scrupulis, & interrogationibus immunes Confessarii erunt. Ex p. 11. tr. 7. ref. 28. p. 355.
20. Utrum ut in superiori casu sentiendum sit, quando quis infert injuriam pluribus personis, an vero sit necessarium explicare in confessione numerum personarum? Sed resolutio hujus casus pendet ex illa questione; utrum in eodem actu possint dari plures malitia, solo numero distincta? Ex p. 11. tr. 7. ref. 29. p. 356.
21. Utrum in eodem actu possint dari plures malitia, solo numero distincta, & in confessione aperienda? Et de hac questione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium. Et inter alia, que ex doctrina supra dicta questionis inferuntur, septem casus assignantur in textu hujus Resolutionis. Et tandem notatur, quod si quis uno ictu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incurreret. Idem est dicendum de irregularitate, secus autem si ter percuteret Clericum, nam tunc unum tantum incurreret excommunicationem. Ex p. 3. tract. 4. ref. 163. alias 164. ibid.
22. An ratione distinctionis numerica obceptorum peccata numero distinguantur? Et pro praxi hujus questionis multi casus cursim adducuntur in corpore hujus Resolutionis; sed fere omnes magis late in suis specialibus Resolutionibus in tractatu pertractantur. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 56. alias 55. p. 357.
23. An si quis unica voluntate voluisset plures homines occidere, aut plures ad mulierem accedere, &c. teneatur hanc circumstantiam confiteri? Et quid est dicendum, si quis unico actu voluntatis vellet plures occidere, quorum unus est pater proprius, alter Sacerdos, & alter secularis? Et quid, si unico actu voluntatis desideraret, & delectaret se de tribus faminis, quarum una esset Monialis, altera conjugata, & alia soluta? Et an secus sit dicendum, & sentiendum, si omnes tres essent solute, conjugate, aut Moniales? Idem erit in casu, quo quis uno actu voluit omittere Officium divinum per mensem, vel jejunium per totam Quadragesimam, quod sufficit, si dicat in confessione se voluisse frangere jejunium, vel Officium divinum non persolvere, &c. Ex p. 11. tr. 7. ref. 17. p. 358.
24. An qui unico voluntatis actu vult plures homines occidere, committat plura peccata? Et quid in predicto casu, si unus esset pater proprius, alium Sacerdos, alter vero secularis? Ex part. 7. tract. 11. & Misc. 2. ref. 32. p. 359.
25. An qui successivè, & uno impetu ter, v.g. fornicaretur, committat tria peccata, vel unum? Et pro firmanda doctrina hujus questionis alij diversi casus adducuntur in textu hujus Resolutionis, sed jam omnes in suis propriis Resolutionibus in hoc tractatu discutuntur, vel jam sunt discussi. Ex part. 11. tract. 1. & Misc. 1. ref. 2. ibid.
26. An qui unica explosione tormenti bellici occideret decem homines, committat decem peccata in confessione necessario futenda? Et quid, si unico voluntatis actu tres homines vellet occidere? Et deducitur; an quando conjugatus cum conjugata adulteratur, & Religiosus cum Moniali habet copulam, contrahant duplicem, & inter se diversam speciem malitia? Ex part. 11. tr. 3. & Misc. 3. ref. 3. p. 360.

## Index Tractatum,

27. *An qui uno confictu cum pluribus pugnet, & successivè, v.g. occideret tres, committeret unum tantum peccatum?* Ex p. 1. tr. 5. & Misc. 5. ref. 43. p. 361.
28. *Quis habebat simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæsit à me, an commissori plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare?* Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non teneatur explicare eam circumstantiam, v.g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia respectu ad plura; imò si actualiter quis uno ictu, vel una explosione tormenti belliei occideret plures homines, non esse in tali casu explicandum in confessione numerum personarum; quia asseritur esse plures malitias, sed unum peccatum. Et tandem queritur, an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta? Ex p. 1. tract. 8. & Misc. 8. ref. 64. p. 362.
29. *An si quis uno continuato sermone in eadem re ter perjuret, sufficiat, si in confessione dicat se falsum jurasse?* Et notatur, quod si quis aliquem uno ira impetu ter, vel quater pugno percuteret, aut vulneraret, unum tantum numero peccatum committeret; & si Clericus est, in unam tantum excommunicationem incidere dicendum est. Etiamque advertitur, quod si quis sine morali interruptione multa verba blasphemie in Deum proferat, unum solum blasphemie delictum committeret. Ex p. 3. tr. 4. ref. 162. alias 163. p. 363.
30. *An quando quis profert unico actu convitia in Deum, asserendo sapius, Dio ingiusto, Dio ingiusto, &c. teneatur hoc in confessione aperire?* Et advertitur, quod in confessione non sint exprimenda, que verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata ex eo, quod omnes contumelia sint ejusdem speciei. Ex p. 1. tract. 7. ref. 51. ibid.
31. *An quis teneatur confiteri circumstantiam, seu diversitatem blasphemiarum?* Et an blasphemie in Deum, & Sanctos non differant specie? Et an si tales blasphemie procedant ex odio Dei formali, vel contineant heresim, teneatur penitens explicare in confessione qualitatem blasphemie? Ex p. 1. tract. 7. ref. 50. p. 364.
32. *An omnes blasphemie sint ejusdem speciei?* Et an si blasphemie sint hereticales, vel imprecativa cum odio Dei habeant gravitatem exponendam in confessione? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 21. ibid.
33. *An circumstantia Apostasia sit in confessione aperienda, vel sufficiat dicere in heresim lapsus sum?* Et an Apostasia differat specie ab heresi? vel an Apostata debeat explicare ad quam sectam transferit? Ex p. 1. tr. 7. ref. 54. ibid.
34. *An qui peccatum heresis, vel superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem superstitionis, vel heresis?* Ex p. 1. tr. 7. ref. 46. p. 365.
35. *An divinationes differant specie, & sint in confessione aperiende?* Et an si quis per expressam pactum cum Dæmone divinaret, id esset exprimendum in confessione? Ex p. 1. tr. 7. ref. 66. ibid.
36. *An peccatum odii adversus proximum non sit peccatum unius speciei, sed plurimum, ita ut penitentes in confessione teneantur explicare mala voluta, v.g. si fuerint circa facultates, vel circa personam, vel circa honorem?* Ex p. 1. tract. 7. ref. 36. ibid.
37. *An jactantia de peccato mortali sit in confessione explicanda speciei peccati, & circumstantia?* Et quid, si jactans complacet se de illo peccato? Et recitanter advertitur, quod licet verba contumeliosa sint diversæ speciei, eo quod per illa obijciantur proximi defectus speciei diversæ, non tamen sunt peccata mortalia contumelia speciei distincta. Ex p. 3. tr. 4. ref. 160. alias 161. ibid.
38. *An jactantia de aliquo peccato eandem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita ut in confessione teneatur explicare peccatum, de quo jactantia fuit?* Et notatur, quod si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato jacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adjuvit. Etiamque advertitur, quod si alius te de peccato laudat, & tu laudes acceptes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & pre verecundia taceres, nisi talis esses, ut tacendo stantibus scandalum praberet. Ex part. 4. tr. 4. & Misc. 4. ref. 44. p. 366.
39. *An qui se jactat, vel laudat de peccato, teneatur in confessione aperire speciem peccati?* Ex p. 1. tract. 7. & Misc. 7. ref. 36. ibid.
40. *An si Sacerdos in Missa Eucharistiam ab aliis consecratam in peccato mortali multis ministrat, debeat hanc circumstantiam explicare?* Et an saltem, stando in opinione affirmativa, sufficiat, si se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali sine expresse, & numero personarum, quas communicavit? Ex part. 1. tr. 7. ref. 41. p. 367.
41. *An qui cum conscientia mortalis ministrat excellentius Sacramentum, debeat dictum Sacramentum explicare?* Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis, excepta Eucharistia? Et quid, quando Minister esset in aliquo gravissimo, & extraordinario peccato; aut si sit multus, & gravibus peccatis irretitus? Ex p. 1. tract. 7. ref. 59. ibid.
42. *An qui in peccato mortali excipit confessiones multorum, non solum peccet mortaliter, sed teneatur hanc circumstantiam aperire?* Et an teneatur explicare numerum personarum, etiam si successive eos absolvat? Ex part. 1. tr. 7. ref. 43. ibid.
43. *An qui incipit audire confessionem in peccato mortali, sed postea ante absolutionem elicit actum contritionis, teneatur postea quando confiteatur, explicare se inceptisse illam confessionem in statu peccati?* Ex p. 1. tract. 7. ref. 47. p. 368.
44. *Quidam Confessarius ex negligentia culpabili non interrogavit penitentem de circumstantia necessaria ad confessionis integritatem, queritur, an teneatur monere penitentem de defectu commisso?* Et quid, si defectus hujusmodi esset conjunctus cum damno tertij, vel ipsius penitentis? Et notatur pro consolatione Confessariorum, quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam, aut oblivionem, non erit peccatum mortale. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 7. ibid.
45. *An Confessarius, qui statim post confessionem sollicitavit penitentem, & rem habuit cum illa, teneatur hanc circumstantiam confiteri?* Et quid, si tale peccatum committitur unico die post confessionem, vel proxime ante illam? Ex p. 4. tr. 5. ref. 34. ibid.
46. *Consultus sum sapissime, An Confessarius, qui carnaliter penitentem cognovit, teneatur in confessione exprimere hanc circumstantiam; vel an sufficiat tantum dicere se copulam cum conjugata, vel soluta habuisse?* Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 11. ibid.
47. *An Confessarius, qui carnaliter cognovit penitentem, teneatur dictam circumstantiam explicare?* Ex part. 1. tr. 7. ref. 12. p. 369.
48. *An in opinione quam supra in Resolutione 12. refutavimus, quod Confessarius obligetur confiteri circumstantiam copula cum filia confessionis, teneatur etiam id facere, si cum viro filio confessionis accubaret?* Et notatur, quod stando in opinione, quod Confessarius teneatur confiteri circumstantiam copula cum filia spirituali, non teneatur tamen confiteri circumstantiam tactus, aut pollutionis habitæ inter femina femora. Etiamque advertitur auctore Bullam Greg. XV. Confessarios sollicitantes viros in confessione non esse denunciandos. Ex part. 1. tract. 7. ref. 56. ibid.
49. *An Concubina possit confiteri cum Confessario concubinario? Et an vero copula cum Confessario, vel penitente sit necessario in confessione aperienda?* Et quid, si de illa interrogaretur à Confessario? Et an Confessarius qui

## & Resolutionum.

- qui peccata penitentis audivit, & non absolvit, si postea cum ipsa, vel cum filio confessionis accubaret, vel e contra contrabat circumstantiam aggravantem, vel mutantem speciem? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 110. p. 370.
50. Utrum in confessione aperienda sit circumstantia complicis, si ex hac nullum damnum sequatur complici prater infamiam apud Confessarium? Et an etiam in articulo mortis possit quis licite talem circumstantiam confiteri? Ex p. 1. tr. 7. ref. 49. ibid.
51. An peccatum sit explicandum in confessione, non obstante quod Confessarius agnoscat complicem? Ex p. 3. tr. 4. ref. 64. p. 371.
52. Quis manifestavit complicem in confessione, cum haberet copiam adveniendi alium Confessarium, cui non erat notus complex; in alia vero confessione cum scrupulum de hoc haberet, manifestavit Confessario, qui sacrilegam putavit primam confessionem, dum in ipsa penitens peccavit mortaliter, manifestando peccatum occultum proximo sine necessitate, & ideo repetendam esse dicebat. Consultus ego de hac re ab ipso met penitente negativè respondi. Ex quo deducitur, an sit peccatum mortale revelare crimen occultum uno, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 22. ibid.
53. An ne crimen socij manifestetur in confessione, obligetur penitens adire alium Confessarium, cui confitendo in cognitionem complicis vesire non possit? Et an aliter faciendum teneatur ad restitutionem sana? Et an sit prior modus restituendi sanus in hoc casu, si extra confessionem dicat Confessario sub eodem Sigillo, erravi, dum tibi unum complicem pro alio dixi? Et adducitur manifestare uni, vel alteri crimen, qui pro sua prudentia suppressit silentio, non esse peccatum mortale. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. ref. 9. ibid.
54. An si quis perpetravit aliquod delictum carnale in die Jovis Sancti, vel eo die, qui ad confessionem accedit, teneatur postea in confessione aperire hanc circumstantiam? Idem est dicendum si aliquis peccatum perpetravit in die, qua Sacram Eucharistiam sumpsit, vel in die alicujus magna Festivitatis. Et inferitur, an circumstantia diei festi sit in confessione aperienda, vel blasphemare, peierare, jurari, &c? Ex p. 1. tract. 7. ref. 32. p. 372.
55. An si quis statim post communionem fornicaretur, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare? Et inferitur, quod peccans in die festo, vel fornicans in die Jovis Sancti, vel in die, quo confessus est, vel communicavit, modo non sit statim post communionem, vel celebrationem, non teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 59. ibid.
56. An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem invalidam committat duplex peccatum in confessione explicandum? Ex part. 3. tr. 4. ref. 35. p. 373.
57. An qui in statu peccati mortalis, & non jejunus sumit Eucharistiam, peccet duplici peccato in confessione explicando? Et de intervallo, quo infirmus post viaticum communicare possit, agitur. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 19. 5. ibid.
58. An qui non audivit Missam in die Dominico, in quem incidit Festum alicujus Sancti, satisfaciat dicendo in confessione se in die festo semel Missam Sacrificium pratermississe? Idem queritur, si eodem die duplici titulo jejunandum sit. Et idem est, si quis Festum violasset opere servili, ratione duplici Festo occurrente. Et cursum inferitur, quod qui furatur rem sacram de loco sacro satisfaciat, si dicat se furatum fuisse rem sacram, nec opus est dicere de loco sacro. Ex p. 1. tr. 7. ref. 22. p. 374.
59. An si quis omisit, v.g. Sacram propter studium, teneatur explicare in confessione hanc circumstantiam? Ex p. 1. tract. 7. ref. 62. ibid.
60. An actus, qui est causa omissionis culpabilis, sit peccatum distinctum ab ipsa omissione? Et an actus, qui sunt ab operante post propositum omittendi preceptum, ut si quis, v.g. proponeret omittere Missam propter pigritiam, vel aliam causam, & postea tempore celebrationis Missa domi studeret, aut ambularet, an inquam, hi actus dicantur causa omissionis Missae, & consequenter sint peccata? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. ref. 8. ibid.
61. An sit necessarium in confessione ipsam omissionem explicare, vel sufficiat tantum se accusare de causa omissionis data? Ex part. 1. tr. 7. ref. 64. p. 375.
62. An si Clericus, v.g. in diuturna navigatione abiciat Breviarium, teneatur aperire hanc circumstantiam, vel ei sufficiat dicere, vigesies, v.g. omisi Horas Canonicas? Et notatur pro praxi, quod propositum omittendi, ut & actus ille, quo quis ademit actum precepti exercendi, per accidens in confessione explicandum est, ut si quis v.g. proposuit per multos dies officium divinum omittere, sed deinde propositum mutans non nisi quinquies omisit. Idem dicendum est de similibus aliis. Etiamque advertitur eum, qui post objectum Breviarium dolet de causa omissionis data, non amplius peccare, omittendo Horas, quando novam negligentiam in comparando Breviario non admittit. Ex p. 1. tr. 7. ref. 63. ibid.
63. An sufficiat, si penitens dicat in confessione, anno integro omisi officium divinum, vel non restitui, licet aliquoties intra annum doluit de culpa, & statuit recitare, vel restituere, & propositum postea non adimplevit? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 55. p. 376.
64. An qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id, quod omisit; vel sufficiat dicere se mortale peccatum commississe in non persolvendo divinum Officium? Et notatur, quod habens plura beneficia, non committit tot peccata, quot sunt beneficia in omissione Horarum Canonicarum. Ex p. 2. tr. 12. ref. 23. ibid.
65. Utrum qui ratione ordinis Sacri, & beneficij tenetur persolvere Horas Canonicas, si illas non recitet peccet dupliciter, & sit ista circumstantia in confessione aperienda? Ex p. 2. tr. 12. ref. 22. ibid.
66. An si quis, v.g. recitando Officium divinum vidit mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam pravam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit psallendo, vel orando? Et an qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter peccet? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 36. ibid.
67. Quis in die jejunii sapius comedit carnes, & lactinia quaritur, an distincta peccata commiserit, & in confessione aperienda? Et notatur, quod qui vorat aliquo die jejunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit? Ex part. 3. tract. 4. ref. 156. alias 157. p. 377.
68. An qui dixit peccatum oblitus alicujus circumstantia, satisfaciat postea in alia confessione explicando gravitatem circumstantia oblitae? Ex p. 1. tr. 7. ref. 45. ibid.
69. An Sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus, si aliquem percutiat, vel occidat, teneatur explicare hanc circumstantiam? Ex p. 1. tr. 7. ref. 8. ibid.
70. An Prelato praeipienti aliquid sub precepto obedientiae; si subditus non obediat, peccet dupliciter, & teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex p. 1. tr. 7. ref. 16. p. 378.
71. An Prelatus, si omittat correctionem subditi, satisfaciat dicendo in confessione, omisi correctionem proximi? Idem, quod dictum est de Prelato dicendum erit de Patre, tutore, Domino respectu tamen mancipij, non autem respectu famuli ob salarium servientis. Ex part. 1. tr. 7. ref. 57. ibid.
72. An Episcopus, & Generalis alicujus Religionis, si peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circumstantiam? Et notatur, quod Episcopus fornicans non teneatur circumstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicario illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admessa ita publica esset, ut scandalum pareret. Et cursum advertitur, quod quando omnes Civés tenentur ad praeliandum, specialiter



## Index Tractatum,

- ter tenentur Milites, & Duces, sed si prae dicti non praesententur, tenentur istam circumstantiam in confessione explicare, nempe esse Duces, aut Milites. Ex p. 1. tract. 7. ref. 6. ibid.
73. Utrum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciat in confessione, si dicat, se violasse votum Castitatis, non manifestando votum solemne, quod habet? Et hoc idem est de femina, vel viro, si carnaliter se commisit cum Sacerdote, vel Religioso professo, aut cum Moniali; nam satis sit dicere in confessione, se toties fornicatam esse, vel copulam sodomiticam habuisse cum viro voto Castitatis adstricto. Et notatur eum, qui votum Castitatis simplex in saeculo, vel Novitiatu emisit, & postea in Religione professus est; vel si post votum simplex Castitatis sacris ordinibus initiatus, sufficere, si dicat, se habere votum Castitatis, & non tenetur explicare circumstantiam Sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Ex p. 1. tract. 7. ref. 4. ibid.
74. Sacris Ordinibus initiati exercentes actum venereum exteriorum quot peccata committunt? Et quot peccata committunt in solo appetitu, & voluntate interiori? Et resolutio harum questionum pendet ex illa celebrari; an obligatio continentiae annexa Ordini sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à voto? Et notatur, quod si quis non vult vivere, sed cum expresso animo non vivendi suscipit Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegii contra votum, quia non est aliquod votum. Sed peccabit tamen non emittendo votum, quod emittere debet. Et an si quis in Sacris, & cum voto initiatus attentè contrahere matrimonium, & illud attentatim consumat. An tunc etiam peccet contra praeceptum Ecclesiae prohibentis matrimonium contrahere, & ideo in hoc casu tripliciter peccet? Et an Sacerdos professus fornicans satisfaciat in confessione, si dicat se esse Sacerdotem, aut professum aut Religiosum, ac proinde etiam Sacerdos secularis, & etiam Episcopus non tenentur explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus, sed tantum, quod habet votum Castitatis? Idem est dicendum de illis, qui cum supra dictis fornicantur, quod sufficit, ut in confessione dicant se peccatum carnis commisisse cum habente votum Castitatis, & non est necesse explicare, an sit Sacerdos, professus, vel Religiosus, aut Episcopus. Et curissime inferatur, an sit peccatum proferre verba Consecrationis, sine vero pane, aut formam Baptismi sine vera aqua? Et queritur, an infans promotus ad sacros Ordines obligetur ad Castitatem servandam? Et an continentiam teneatur servare, qui sciens votum Castitatis annexum receptioni Ordinis Sacri ordinatur ante annos pubertatis? Et quid de ordinato ante annum decimum sextum, ubi Tridentinum est receptum? Et an tale votum possit irritari etiam post annum pubertatis ab eis, quorum cura fuerat is qui intra annum pubertatis fuit ordinatus? Nota tamen, obsecro, quod si nacta pubertate Ordinem susceptum exercueris, aut alia via approbaveris obligatus esses ad Castitatem servandam, & resilire non potes. Et an invincibiliter ignorans votum coelibatus implicitum contineri in receptione Ordinis Sacri, teneatur servare Castitatem, si sciens, & prudens Sacrum Ordinem recipiat? Et quid dicendum est, si cum metu cadente in constantem virum Ordinem Sacrum susceperis, an tenearis servare continentiam? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 12. p. 379.
75. An Religiosus professus qui emittit votum de non committenda mollitie, vel fornicatione, teneatur explicare hanc circumstantiam voti emisit post professionem, & idem queritur de Sacerdote, vel Sacris Ordinibus initiato? Ex p. 1. tract. 7. ref. 9. p. 381.
76. An quando aliquis solus se polluit tangendo aliquem professum, vel in Sacris constituto, teneatur explicare hanc circumstantiam? Ex p. 1. tr. 7. ref. 53. ibid.
77. An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si seculari polluit, committat Sacrilegium? Et an patiens in praedicto casu pollutionem, circumstantiam personarum teneatur aperire? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 66. alias 65. ibid.
78. An mulieri peccanti cum Religioso Sacerdote satis sit dicere se commisisse sacrilegium cum Sacerdote, vel initiatum Sacris Ordinibus? Et an Religiosus Sacerdos, quando se accusat in confessione in simili casu, non teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, sed sufficit dicere se esse Religiosum, vel Sacerdotem, sed Sacris Ordinibus initiatum? Ex p. 1. tr. 7. ref. 3. p. 382.
79. An mulier habens rem cum Novitio, vel solutus cum Novitia Religiosa teneatur aperire hanc circumstantiam? Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex p. 1. tract. 7. ref. 7. ibid.
80. An si quis fornicaretur gestando aliquod frustulum Reliquiae Sanctae Crucis, Clavorum, vel spinee Corona, aut Hostiae consecratae occulte, debeat necessario hanc circumstantiam in confessione explicare? Et quid gestando Reliquias Sanctorum, vel Agni benedictum? Idem est, quando non solum quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueret se ipsum. Et idem est, si Parochus, dum iret cum sacro oleo ad ministrandum Sacramentum Extreme Unctionis, in itinere cum illo rem haberet cum muliere. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 8. ibid.
81. An gestatio Reliquiarum in actu venereo, vel illas amasia dare, sit circumstantia in confessione aperienda? Idem est de Agno benedicto, vel calculo cum Indulgencia. Et quid, si praedicta res dentur amasia non ex gratitudine & benevolentia, sed tanquam pretium actus venerei; an in isto casu esset sacrilegium hoc facere? Ex p. 1. tr. 7. ref. 18. p. 383.
82. An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, ista polluerentur, & deberet hanc circumstantiam in confessione aperire? Et an in tali casu vestes sacra debeant iterum benedici? Et cursum docetur perditissimos homines in ore coire, & in hoc casu turpitudine illa contra naturam consistit, unde hoc in confessione explicandum est. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 55. alias 54. ibid.
83. An sit circumstantia aperienda in confessione, si quis haberet copulam in oratorio alicujus domus, in quo de licentia Episcopi Missae celebrantur? Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacrificia Ecclesiae, vel in porta Ecclesiae à parte externa Ecclesiae, vel in Monasterio in cellis Religiosorum, etiam si Superior Conventus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat lastrali, & ibi sit Altare ad celebrandum. Ex p. 1. tr. 7. ref. 20. ibid.
84. An qui mochatus est in Sacrificia alicujus Ecclesiae, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Idem dicendum est de Refectorijs, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitorijs, & Monasterijs Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesiae adhaerentibus. Et an si quis furetur aliquid in supra dictis locis, quod sit notabile, teneatur aperire in confessione hanc circumstantiam, vel sufficiat dicere furatus sum? Ex part. 3. tr. 4. ref. 165. alias 166. p. 384.
85. An sit circumstantia aperienda in confessione copula inter conjugatas habita in loco sacro? Et quid, si per longum tempus in illo loco aliquis ex conjugibus derentus sit? Et quid, si ibi nullo modo conjuges conclusi sint? Et quod vero longum tempus sit, & intelligatur? Ex part. 1. tract. 7. ref. 19. ibid.
86. An tactus impudici facti in Ecclesia habeant specialem malitiam sacrilegij mortalis necessario in confessione explicandam? Et quid est dicendum de turpi aspectu, aut nutu, aut levi verbo, maxime quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo sunt? Ex p. 1. tract. 7. ref. 25. & in p. 2. tr. 17. ad litteram in ref. 23. sed quia in prima sunt plures auctores ideo illa hic transcribitur. ibid.
87. An pollutio occulta facta in Ecclesia contineat sacrilegij malitiam, necessario in sacra confessione manifestandam?

## & Resolutionum.

- standam? Idem queritur de fornicatione. Ex p. 1. tr. 7. ref. 26. p. 385.
88. An pollutio, vel fornicatio occulta in Ecclesia sit sacrilegium? Ex p. 7. tract. 11. & Misc. 2. ref. 31. ibid.
89. An pollutio occulta in Ecclesia habeat malitiam sacrilegij in confessione explicandam? Ex quo colligitur ratio, ob quam blasphemare, vel loqui turpia, oscula, & tactus in Ecclesia, non habet malitiam sacrilegij. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 5. ibid.
90. An si quis percutiat baculo, ense, &c. aliquem in Ecclesia, debeat hanc circumstantiam in confessione explicare? Et quid est dicendum, si percussio, vel occisio hominis in Ecclesia fiat cum effusione sanguinis? Et asseritur Ecclesiam multis pollui; & pro praxi aliqui casus adducuntur in textu hujus Resolutionis, in quibus deciditur, quando Ecclesia pollutatur, nec ne. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 44. p. 386.
91. An si quis peccavit cum muliere habente votum virginittatis pro prima copula, & non ultima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequuta? Et dubium est, an oscula & tactus, qui copulam subsequuntur, novam aliam malitiam contineant, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant? Et notatur delectationem, aut gaudium de copula habita immediate post illam, novam malitiam non addere, neque in confessione necessario explicandam. Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 41. p. 387.
92. An vir qui prima vice virginittatem amisit, teneatur hanc sui foris circumstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tr. 7. ref. 10. p. 388.
93. An virgines, quando sponte primo fornicantur, teneantur in confessione istam circumstantiam explicare? Et an peccatum virginis, si sponte consentiat, sive sit, sive non sit sub cura tutorum, aut parentum, non sit peccatum stupri, sed simplicis fornicationis; & ideo ista circumstantia non sit in confessione aperienda? Ex quo inferitur, & recte, quod virgo, que morose delectatur circa aliquem, non tenetur in confessione aperire circumstantiam virginittatis, & dicere se, cum esset virgo, delectationem morosam de juvene suscepisse, etiam si virgo se polluit cogitando super illum. Secundo inferitur juvenem, qui morose delectatur de Virgine, sine tamen voluntate inferendi ei violentiam, sufficere si dicat in confessione, se delectationem habuisse circa feminam solutam. Idem dicendum est, si cum virgine copulam habuerit; nam si sponte consentit, sufficit dicere se toties copulam habuisse cum femina soluta. Et notatur non esse explicandam sodomiam commissam fuisse cum Virgine, sed sufficere, si dicatur in confessione commissam fuisse cum femina. Etiamque advertitur, sat esse stuprantem feminam per vim fateri se commississe simplicem fornicationem per violentiam. Et tandem cursum docetur, quod quando virgo sola pollutitur non tenetur exprimere in confessione circumstantiam virginittatis. Ex p. 1. tr. 7. ref. 11. ibid.
94. An raptus sit circumstantia necessario confitenda, si virgo sponte consentit? Et quid, si parentes actualiter repugnent; quia tunc sit eis manifesta vis; an tunc erit talis circumstantia in confessione aperienda, secus autem minime? Et docetur, quod quando virgo sponte consentit, stuprum, & raptus non differt à simplici fornicatione; & sic sufficit, ut in confessione quis dicat, fornicatus sum semel. Nec tenetur corruptor ad aliquam restitutionem faciendam virginis, vel parentibus, quia volenti, & consentienti non sit injuria, & virgines sunt Domine sui corporis, non autem parentes aut tutores. Ex p. 1. tr. 7. ref. 37. p. 389.
95. Petrus habuit rem cum puella virgine, ipsa tamen consentiente; queritur, an hoc sit stuprum habens malitiam specie distinctam à simplici fornicatione, & necessario in confessione aperiendam? Et an violator virginis consentientis nihil teneatur restituere parentibus, in quibus virgo violata subest, nam puella est domina sue virginittatis.

- lis integritatis? Ex quo sequitur delectationes, & desideria in adolescente circa virginem non habere specialem malitiam mortalem super alias delectationes; modo adolescens non habeat voluntatem inferenda violentiæ; unde satis est, si in confessione dicat, se delectationem habuisse; vel desiderium circa feminam solutam; vel habuisse copulam cum soluta, quamvis sit virgo, modo ipsa consentiat. Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. ref. 12. p. 390.
96. An sponsus, vel sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se committentes teneantur istam circumstantiam explicare? Ex p. 1. tract. 7. ref. 5. ibid.
97. An uxoriatus, si peccet cum conjugata, teneatur hoc explicare, vel sufficiat tantum dicere se commississe adulterium? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 51. p. 391.
98. Utrum copula uxoricida, vel adulterij cum promissione matrimonij sit circumstantia in confessione aperienda? Et in ultimo hujus Resolutionis recitative apponuntur quatuor diversi casus, in quibus advertitur circumstantiam illorum esse in confessione aperiendam. Ex part. 3. tract. 4. ref. 139. alias 140. ibid.
99. An circumstantia modi in copula conjugali sit in confessione aperienda? Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, ubi non capiendæ voluntatis gratia hoc efficitur, sed aliqua justa causa interveniente, propter pinguedinem viri, vel propter periculum ne fetus suffocetur. Etiamque advertitur, quod uxor tenetur reddere debitum, etiam si vir cum culpa veniali ex variatione situs vellet copulam complere. Ex p. 1. tract. 7. ref. 35. p. 392.
100. An conjugati, quando delectantur morose de aliquo objecto libidinoso, teneantur in confessione explicare circumstantiam conjugij, videlicet se esse conjugatos? Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu objectum hoc, aut illo modo, sub quo opponitur virtuti; ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit ut malum, ei ut sic se conformando; aut sub motivo, sub quo elicitur non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter. Unde delectatio de occasione quamvis injusta non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honeste utilis sive occiso, sive ipsi, qui de ea delectatur. Similiter de esu carnum quamvis prohibito, quando est de illo, ut est delectabilis gustui ob rationem dictam. Et ob eandem delectatio patris de morte filij, quia enim non potest commodè sustentare, & contra delectatio filij de morte patris quia ei succedit in bonis. Item, delectatio Beneficarij de morte sui pensionarij, quia liberatur à debito solvendi pensiones, hæc non sunt mortalia. Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant supra dictam mortem ob dicta motiva, & non ob odium, neque ob aliud motivum mortale. Et an qui desiderat pollutionem non ex affectu libidinis sed ob sanitatem, aut ob aliam licitam utilitatem, non sit mortale? Et à fortiori dicendum est non esse mortale delectationem de seminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem. Superest adhuc pulchra questio, an si quis viveat Castitatem in solo opere externo; peccet in delectatione de aliquo opere venereo? Et firmatur, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absolute Castitatis capta, præter malitiam luxurie contra Castitatem etiam habet malitiam sacrilegij contra votum? Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. ref. 99. ibid.
101. An conjugatus, qui habuit plures delectationes morosas, teneatur aperire in confessione se esse conjugatum? Et cursum docetur, quod qui habet votum Castitatis, debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit ut alij tale votum non habentes peccarent. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 4. p. 393.
102. An si vir, ut possit coire cum propria uxore, cogitet alienam, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 61. p. 394.

## Index Tractatum,

103. *An delectatio morosa sumat malitiam de opere externo, ita ut necesse sit in confessione aperire circumstantiam operis, & exprimere obiectum v. g. si mulier, de qua sumpta est delectatio fuerit conjugata, Monialis, libera, &c.* Ex p. 1. tr. 7. ref. 48. ibid.
104. *Celebris est illa quaestio inter Theologos nostri temporis, an in delectatione morosa fatenda sint circumstantia operis, quod est querere, an delectatio sumat speciem ex opere externo? Et notatur, quod ex doctrina supra dicta difficultatis excipiuntur duo casus. Primus est conjugatorum. Secundus est habentium votum absolutum Castitatis; hi enim in quavis delectatione morosa non solum peccant contra Castitatem, sed etiam illi contra fidem datam in matrimonio; & isti contra Religionem?* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 34. ibid.
105. *An in delectatione morosa circumstantia de copula sodomitica sit in confessione aperienda? Et pro elucidanda doctrina huius quaestions, alia cursim adducuntur in textu huius Resolutionis.* Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 3. p. 395.
106. *An qui delectatur de peccatis confessis, teneatur explicare illa? Et an hoc procedat etiam in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio alias commisso, si de eo delectatur, non quatenus fuit injuriosum marito adulterae, sed solum quatenus fuit fornicatio? Et notatur, quod si quis verè, vel falso se laudavit de peccato mortali verè admissio, vel non admissio, quamvis non adfuerit de tali peccato, de quo se laudat gaudium, complacentia, aut delectatio morosa. Sed sola vana iactantia etiam fatenda sunt circumstantia, quibus illud peccatum est effectum, ut si sit de percussione Clerici, vel de peccato cum conjugata &c. Etiamque advertitur, quod si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficit dicere, toties peccavi, laudem & gloriam querendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia quae fortè non fecit, vel alias quis confessus est. Insuper docetur, quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria, nam nulla affinitas oritur ex actu praepostero, & extra vas debitum. Item, si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spiritali vel legali, non est necessario explicanda circumstantia cognationis; ut si quis congressus est cum persona à se baptizata, vel levata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato?* Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 20. p. 396.
107. *An qui commisit incestum, cum matre, vel filia, aut sorore, debeat exprimere circumstantiam personae sibi iuncta sanguine, vel affinitate naturali, vel legali, aut spiritali, an satis sit dicere, pollui me peccato incestus duabus vicibus, &c?* Ex p. 1. tr. 7. ref. 31. p. 397.
108. *An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie? Et cursivè docetur quod incestus cum noverca, si pater vivat, habet malitiam specie distinctam, ac haberet, si pater obiisset, etiam si noverca virum alium duxerit.* Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 21. ibid.
109. *An qui habuit rem cum matre, vel sorore teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Et an omnes gradus consanguinitatis specie distinguantur à gradibus affinitatis? Et notatur diverso modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando, & hoc intelligendum est etiam in sacrilegis; v. g. diverso modo violatur Religio fornicando cum virgine sacra Deo, quam percunando illam, &c.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 3. ref. 63. p. 398.
110. *An gradus cuiuslibet inter se affinitatis, vel consanguinitatis sint in confessione distinguendi? vel an sufficiat, si penitens dicat se personam consanguineam cognovisse, non declarando gradum consanguinitatis, & se personam affinem cognovisse, non declarando gradum affinitatis? Et an consanguinitas sit distinguenda in confessione ab affinitate?* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 234. p. 399.
111. *Quis concupierat sapius habere copulam cum matre, & filia, quae sicut à me, an teneatur istam circumstantiam in confessione aperire? Et notatur, consanguinitatem ab affinitate, & gradum affinitatis, & consanguinitatis non differre specie ab aliis; & idè hoc non est necessarium explicare in confessione?* Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 13. ibid.
112. *An si quis commisit fornicationem sufficiat, si dicat in confessione, commisi grave peccatum in materia Castitatis cum soluta?* Ex p. 3. tract. 4. ref. 87. alias 88. p. 400.
113. *An copulam fuisse consummatam sit explicandum in confessione; Id est an sufficiat in confessione explicare peccatum grave contra castitatem habitum cum soluta &c. non explicata copula consummata? Et quo deducitur, an etiam si quis consilio suo directè induxerit aliquem ad fornicandum, satisfaciat, si postea in confessione dicat, induxi meo consilio aliquem ad grave peccatum contra castitatem cum soluta &c?* Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 48. ibid.
114. *An qui commisit v. g. tria fornicationis peccata cum tribus feminis, teneatur in confessione dicere se cum tribus feminis fornicatum esse, vel satisfaciat dicendo se ter fornicatum fuisse?* Ex p. 1. tract. 7. ref. 13. p. 401.
115. *An confitenda sit circumstantia inductionis ad peccatum, si alter ad peccatum paratus esset, ut si quis fornicaretur cum muliere parata? Et notatur, quod quando quis utitur aliqua persona parata, ut maleficium solvat alio maleficio cum pacto Daemonis, an teneatur hanc circumstantiam explicare? Advertitur tamen, quod teneatur confiteri peccatum additionis sage, vel sagi.* Ex p. 1. tract. 7. ref. 34. ibid.
116. *An si quis peccavit cum femina, sufficiat de hoc se accusare, non addendo se illam invitasse? Et an fatenda sit circumstantia scandali, si femina virum paratum sollicitasset? Et an necessario fatenda sit inductio facta extraordinariis precibus, & aequivalentibus violentia morali? Et an numerus feminarum, quibus cum adulterium v. g. fuit commissum, sit in confessione explicandus?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 5. p. 402.
117. *An circumstantia durationis temporis sit in confessione aperienda? Et an quando fuerit nimia explicari oporteat? Et an si daretur casus in quo penitens in memoria haberet omnes delectationes v. g. morosas, quas per annum habuit, teneatur in confessione aperire talem durationem temporis, vel sufficiat dicere, toties morosè delectatus sum? Et an si quis haberet rem cum Concubina tota nocte, teneatur explicare hanc circumstantiam & gravitatem, vel sufficiat confiteri numerum peccatorum videlicet semel vel bis fornicatus sum?* Ex p. 1. tract. 7. ref. 39. ibid.
118. *An qui tota nocte dormivit cum muliere teneatur in confessione explicare hanc circumstantiam, vel sufficiat confiteri numerum copularum?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. ref. 10. ibid.
119. *An si quis fornicatur, teneatur non solum explicare actum, sed circumstantias, ut tactus, oscula, &c. quae subsequuntur copulam? Idem docetur de gaudio, aut colloquutione consequente ad praehabitam fornicationem, licet intercesserit magna interruptio temporis inter copulam, & consequentia ad illam.* Ex p. 1. tr. 7. ref. 42. p. 403.
120. *Quidam advit meretricem ut ejus tactibus frueretur sine intentione fornicandi, & postea fornicatus est, queritur, an sufficiat explicare in confessione fornicationem tantum sine tactibus? Et docetur, quod non in isto casu, sed in aliis ordinariis, tactus & oscula non sint explicanda, quando ordinantur, & sunt inchoationes ad copulam, vel sequantur fornicationem.* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 205. ibid.
121. *An si tactus & oscula non ordinantur ad copulam, quae tamen postea subsequuta est, sint prae copulam in confessione aperienda?* Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 42. ibid.
122. *An sufficiat, ut meretrix inveterata in confessione*

tantum

## & Resolutionum.

- tantum manifestet tempus eius Officij? Et an saltem prater tempus oporteat, ut principales species peccatorum, quas possit numerare, dicat; ut si cum Clericis, Religiosis, propinquis, conjugatis peccaverit, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserit? Ex quo sequitur, quod quando penitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis alicujus peccati, itant non possit desinere numerum, quantum humanitus fieri potest, suis faciet declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine. Ex quo etiam inferitur, quod Rustici homines qui agresti & inculto modo confitentur sine numero, & diligentia cogendi non sunt repetere Confessiones factas cum indoctis Parochis. Ex p. 3. tr. 4. ref. 88. alias 89. p. 404.
123. An penitens a Confessario interrogatus teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi? Et an in tali casu possit uti equivocatione Confessarium eludendo? Ex part. 1. tr. 7. & Misc. 7. ref. 37. ibid.
124. An consuetudo peccandi sit circumstantia aperienda in confessione? Et quid, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima? Ex p. 1. tr. 7. ref. 15. p. 405.
125. An circumstantia recidiva sit aliquando confitenda? Et an Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem? Et an Confessarius habeat jus ad interrogandum de consuetudine peccandi, quia nullo precepto humano induci potest, quod penitens obligetur peccata legitime confessis repetere quando non intervenit reservatio, imo licet interveniat reservatio, non potest penitens obligari ad iterum confitenda peccata? Et ideo inferitur, quod si penitens probabiliter credat Confessarium non impenitendum illi absolutionem si fateretur consuetudinem peccandi, posse equivocatione utendo, negare consuetudinem. Et an hoc ultimum procedat, si etiam credat absolutionem se naturum? Idem est de occasione proxima inevitabili tamen sine magno incommodo & scandaloznam in tali casu posset etiam penitens uti equivocatione, licet a Confessario de tali occasione interrogetur? Et notatur non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem peccandi; & igituranti doctrinam Christianam; quod idem dicendum de peccatore consuetudinario in quocumque peccato dummodo habeat dolorem de preteritis, & firmum propositum cavendi de cetero. Ex p. 1. tr. 7. ref. 55. p. 406.
126. An concubitus viri Christiani cum muliere infideli, Turca, Judaea, heretica &c. sit circumstantia in confessione aperienda? Et quid, si hic casus fuisset ab Episcopo reservatus? Et an hoc peccatum pertineat ad Sacrilegium, quia talis conjunctio est prohibita in honorem Christianismi ab Ecclesia? Ex p. 3. tr. 4. ref. 137. alias 138. ibid.
127. An Dominus peccans cum servo, vel serva infideli, debeat in confessione hanc circumstantiam explicare? Ex p. 7. tr. 7. ref. 73. alias 72. p. 407.
128. An qui copulam habet Sodomiticam cum Infideli, vel copulam cum muliere Hebraea, vel heretica, debeat explicare circumstantias personarum? Et an patiens sodomiam sit obligatus aperire in confessione se fuisse patientem? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 3. ibid.
129. An si frigidus, vel Eunuchus haberet copulam cum muliere, deberet aperire hanc circumstantiam in confessione? Ex p. 3. tr. 4. ref. 138. alias 139. p. 408.
130. An Eunuchus, vel frigidus accusans in confessione se fornicatum fuisse, teneatur explicare circumstantiam impotentiae? Et observatur in hujusmodi personis etiam in confessione peccatorum internorum adesse obligationem explicandi talem circumstantiam, nisi forte fuerint desideria, quae talem malitiam praescinderent. Et an licitum sit alicui Principi, vel patri castrare filium, ut cantu possit Ecclesia melius deservire? Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 3. ibid.
131. An qui contra naturam peccavit cum mare, vel femina, vel cum bestia diverse speciei, debeat explicare circumstantiam maris vel feminae, aut bestiae hujus vel alterius generis? Ex p. 1. tr. 7. ref. 2. p. 409.
132. An quis in confessione teneatur explicare, si Sodomiam fuerit commissa cum masculo, vel cum femina? Et quid si circumstantiam femina vellet aperire propter reservationem, ne videretur incidisse in casum Sodomiae reservatum? Ex part. 8. tract. 7. & Misc. ref. 86. ibid.
133. An in peccato Sodomiae teneatur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, vel gradus cognationis carnalis? Et an peccata omnia contra naturam sint unius speciei infima, & non subalterna? Ex p. 3. tr. 4. ref. 158. alias 159. ibid.
134. An in peccato Sodomiae penitens teneatur explicare se fuisse patientem? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 36. ibid.
135. An patiens in peccato Sodomiae debeat explicare in confessione fuisse patientem, non obstante, quod agens seminat, patiens vero non? Et an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infima, & non subalterna? Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. ref. 8. p. 410.
136. An in peccato Sodomiae sit necessarium explicare in confessione, quisnam fuerit agens, vel patiens? Et quid tamen, si patiens prater cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione? Ex p. 11. tract. 3. & Misc. 5. ref. 4. ibid.
137. An coitus Sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperiendus? Et quid in praedicto casu, si actus Sodomiticus sit cum consanguineo in tertio, & quarto gradu? Et an in copula non Sodomitica cum muliere affine, vel consanguinea sit explicandus gradus consanguinitatis, vel affinitatis? Et cursum notatur impuberes committentes se cum consanguineis, vel affinis non esse inclusos in casu reservato incestus. Ex p. 3. tract. 4. ref. 100. alias 101. ibid.
138. An qui copulam Sodomiticam habet cum aliquo intra tertium, vel quartum gradum affinitatis, vel consanguinitatis, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare? Et de primo, & secundo gradu etiam agitur. Ex quo deducitur omnes incestus esse ejusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines; at in tali, aut tali gradu solum esse circumstantiam aggravantem, & ideo penitens solum teneatur explicare in confessione se commisisse incestum, sed non teneatur explicare, an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepti, aut cum consobrina uxoris. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 18. alias 16. p. 411.
139. An qui copulam Sodomiticam habet cum baptizato a se, vel cum eo, quem levavit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Et quid est dicendum, si actus Sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata, vel si quis coeat cum aliquo & postea coeat cum fratre illius? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 17. alias 15. p. 412.
140. An si quis coeans cum homine, & supercubans sicuti super mulierem, teneatur aperire hanc circumstantiam, si tantum se polluat, vel satis sit dicere in confessione, tamen alterius molliem commisi, vel pollutus sum tangendo alterum impudice? Ex part. 1. tr. 7. ref. 52. ibid.
141. An mollires consummata cum puero muret speciem? Ex p. 7. tract. 12. & Misc. 3. ref. 32. alias 30. ibid.
142. An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci, vel cum femina dormiente, vel cum bestia circa concubitus, teneatur in confessione prater, pollutionem has circumstantias explicare? Et doctrina hujus Resolutionis subtilis est, & curiosa. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 15. alias 13. p. 413.
143. An si quis cum virgine copulam Sodomiticam habuerit, teneatur in confessione explicare circumstantiam virginitalis? Et cursum docetur penitentem non teneri exponere se Sodomiam habuisse cum femina, quia Sodomiam cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere moris. Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 16. alias 14. p. 414.
144. Vir quidam habebat magnam verecundiam aperiendi

## Index Tractatum,

- in confessione se sodomiam commississe cum uxore; quaesierunt a me per literas. Doctorum opiniones circa praesentem casum. Et supponitur in copulam sodomiticam uxorem consentire. Et cursum inferitur non esse explicandam personam, cum qua habita est sodomia, utrum videlicet sit masculus, vel femina; nam licet concubitus iste cum femina non sit proprie sodomia, tamen ad sodomiam reducitur. Ex part. 7. tr. 12. & Misc. 3. ref. 23. alias 21. ibid.
145. An pollutio praevisa, sed non intentata in ebrietate, nimia comestione, &c. sit in confessione aperienda? vel an sufficiat in tali casu se accusare de nimio potu & cibo, & opus non sit explicare pollutionem? Et docetur, quod verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licet sint crimina mortalia; & sint causa ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influunt. Et notatur pollutionem praevisam, sed non intentatam ex actibus peccaminosis tantum venialiter in genere luxuria non esse peccatum mortale; ut ex tactu levi, v.g. manus, visus, verbis, lectionibus aliquantulum libidinosus, &c. Ex part. 1. tr. 7. ref. 65. ibid.
146. Quidam in die tetigit saepius carnaliter verenda sua, unde nocte pollutionem postea passus est, queritur, an teneatur fateri dictam pollutionem in somnis habitam? Et quid, si tactus sint continuati cum commotione spirituum magna? Et inter alias causas pollutionis advertitur nullam dari causam intra genus luxuria, qua efficax sit ad pollutionem sequentem in somnis. Qua propter opus non erit fateri pollutionem praevisam in omni causa, qua sit peccatum intra genus luxuria, nisi quando causa fuisset apposta ea intentione, quod videlicet sequeretur in somnis pollutio. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 4. p. 415.
147. An si quis commisit aliquod peccatum, cujus periculo se antea exposuit, teneatur explicare hanc circumstantiam in confessione? Et an dum qui tentatur, non orat, ut Deus eum a tentatione liberet, adsit distinctum peccatum a peccato precepti fracti? Ex part. 1. tr. 7. ref. 44. ibid.
148. An si aliqua tentatio carnis nimis notabilis sit, quis teneatur tunc orare, unde hoc minime faciens duplex peccatum committat, si vere deleatur? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. ref. 16. ibid.
149. An qui pluries vovit, vel pluries juravit facere aliquam rem frangatque votum, seu juramentum, teneatur hoc in confessione aperire? Ex quo inferitur, quod qui per diversos Sanctos, & formas jurandi juret, aut voveat, unum tantum votum, aut juramentum efficere, ideo hanc circumstantiam tanquam aggravantem non teneatur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub uno juramento, & in omnibus mentitur, unum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire. Ex part. 3. tract. 4. ref. 89. alias 90. p. 416.
150. An testis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis sub juramento, & in omnibus mentitur, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Et quid, quando quis multiplicat execrationes, & juramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re, &c.? Ex p. 1. tr. 7. ref. 40. ibid.
151. An Clericus, vel sacris Ordinibus initiatus, vel Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum fraudavit aliquem in magna quantitate, satisfaciatur dicendo in confessione se proximum in quantitate notabili fraudasse, an vero teneatur circumstantiam instrumenti, & medij aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, seu alearum? Et deducitur dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiam si frequenter ludant non peccare mortaliter. Ex p. 1. tr. 7. ref. 21. ibid.
152. Utrum, si quis furetur propter fornicationem, teneatur hanc circumstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem fornicandi? Et notatur, quod circumstantia finis tunc explicanda est, quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem; unde si quis confessus est propter inanem gloriam, hac circumstantia mali finis id est vanae gloriae, non erit necessario in confessione aperienda. Etiamque advertitur, quod si quis in die festo propter studium omitteret Sacrum, non est necessarium in tali casu consisti circumstantiam studij. Ex p. 1. tr. 7. ref. 23. ibid.
153. An qui furatur rem sacram ex loco sacro, teneatur in confessione utranque circumstantiam explicare? vel satisfaciatur dicendo, commisi furtum sacrilegum, vel furatus sum rem sacram? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. ref. 76. p. 417.
154. Quidam latro furatur crumenam divitis in Ecclesia, queritur, an hoc peccatum praeter malitiam furti, contineat etiam malitiam sacrilegij necessario in confessione aperiendam? Et an furari ex Ecclesia ea, qua sub jure, & quasi potestate Ecclesiae, v.g. quia illi sunt tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapeta, toballas, cortinas, vel sellas, qua erant accommodata à Sacrista pro ornamento alicujus Festivitatis in Ecclesia, sit sacrilegium; & secus vero si quis deferat sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid hujusmodi in Ecclesiam pro sui commoditate, vel ornatu, ut faciunt Principes, Officiales, & Nobiles, &c.? Et brevissime notatur non committere Sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid jure Ecclesiastico possessum. Ex part. 1. tract. 7. resolut. 27. ibid.
155. An si quis furatur coram iudice, vel cum manifesto periculo vitae, teneatur postea aperire hanc circumstantiam in confessione? Et quid est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa? Idem est dicendum de eo, qui alteri suadet peccatum cum periculo incurrendae pene mortis. Ex part. 1. tract. 7. ref. 61. p. 418.
156. An qui furatus est, v.g. mille aureos, satisfaciatur, si in confessione dicat subripui rem notabilem? Ex p. 1. tr. 7. ref. 14. ibid.
157. An duntaxat voluntaria retentionis de re aliena furto sublata sit circumstantia necessario in confessione aperienda? Et supponitur plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis uno anno, vel plus iniuste retineatur res aliena: etiam si forte saepius renovetur propositum non restituendi, dummodo tamen poenitentia ductus rem non proponat restituere, & postea mutato animo & proposito, habeat animum non restituendi. Et notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit. Ex p. 1. tr. 7. ref. 58. ibid.
158. Difficilis pro praxi in gratiam Confessariorum est ista questio. An qui longo tempore rem alienam non restituens unum tantum, vel plura peccata committat? Et docetur, quod in duobus tantum casibus positus in §. penultimo hujus Resolutionis committit quis peccatum novum in omissione restitutionis. In ceteris sex casibus assignatis in §. Sed hujus Res. & in omnibus aliis, quos diversi auctores enumerant, minime. Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. ref. 25. alias 27. p. 419.
159. An si aliquis in Ecclesiam confugiat, & intra illam postea ei iudex auferat arma, debeat iudex hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex p. 1. tract. 7. ref. 38. ibid.
160. An si iudex vel alia persona publica furto capiat res alienas, quas ex officio custodire tenetur, debeat explicare hanc circumstantiam officij sui? Ex p. 1. tr. 7. ref. 36. ibid.
161. An medicos satis sit fateri se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, non manifestando illos jejunio esse consecratos? Ex p. 1. tr. 7. ref. 60. p. 420.
162. An qui peccavit alias non peccaturus ex confidentia obrinendi fubileum, aut Bullam Cruciatam teneatur hanc

## & Resolutionum.

- hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tract. 7. rel. 33. ibid.
163. De aliquibus circumstantiis peccatorum in confessione explicandis vel non explicandis? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. rel. 56. ibid.
164. Aliqua notabilia circa circumstantias peccatorum in confessione explicandas observantur. Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. rel. 67. alias 66. p. 421.
165. Additiones ad tractatum de circumstantiis in confessione non necessario explicandis. Ex part. 3. tr. 4. rel. 67. p. 422.

His autem adduntur cæteræ omnes difficultates, quas opera & volumina R. P. Dianæ in eorum textibus occlusas habent, quæ simul etiam pertinent ad istum tract. 7. de Circumstantiis hujus tom. 1. ad clariorem notitiam omnium quæstionum & difficultatum hujus totius operis.

**A**N quando Sacerdos celebrat, dum tria præstat, quia primò quidem consecrat, secundò ministrat sibi ipsi, tertio suscipit Sacramentum; tamen, hoc non obstante, si est in peccato mortali committat unum peccatum, an verò tria? Et quæ peccata sunt, quæ remittuntur per Baptismum, recedente fictione, & quæ explicanda, vel non explicanda in confessione in prædicto casu? Et an in naufragio vel alio casu, si quis unica actione, etiam continuata plures baptizatus existens in peccato mortali, committat tot peccata mortalia vel unum tantum? Ex p. 10. tr. 16. ex rel. 28. alias 27. & in p. 3. tract. 4. ex rel. 14. & in p. 5. tr. 3. ex rel. 27. Quæ hic sunt supra in hoc ipsonet tom. 1. tract. 1. de Baptismo resolut. 1. 1. 26. & 39.

An Episcopus existens in peccato mortali si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, v. g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia? Et an saltem committat duo peccata unum omissionis, quia non coniteritur, alterum commissionis, quia indignè ministrat? Et an qui ministrat Sacramentum Baptismi, vel Confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit, committat duo peccata, primum quia ministrat in peccato, secundum quia violat interdictum? Ex part. 9. tr. 7. ex rel. 8. & ex p. 5. tract. 10. ex rel. 63. Quæ hic sunt supra in tract. 2. de Confirmatione rel. 5. & 20.

An qui non se accusavit in Confessione de circumstantiis peccati omisit, & de numero peccatorum teneatur repetere confessiones? Et an exprimenda sint in confessione circumstantia peccati dubij confessi? Et notatur explicanda esse circumstantias peccati tanquam conditionaliter certas, sive etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circumstantia mutant speciem. Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri tale peccatum se commississe in ipsa Missæ celebratione? Et an qui celebrat, vel sumit Eucharistiam non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum? Idem est de illo qui non præmittit contritionem. Et an in confessione generali debeat quis explicare, quod peccata commissa post ultimam confessionem, non sint amplius confessi? Et notatur quod transgressio inspirationis oblata, quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti. Ex part. 3. tract. 4. ex rel. 107. alias 108. & ex part. 6. tract. 6. ex rel. 31. & ex part. 11. tract. 8. ex rel. 44. & in 9. tract. 3. ex rel. 7. & 32. & in p. 11. tr. 6. ex rel. 22. & in p. 3. tract. 4. ex rel. 52. Quæ hic sunt supra in tract. 3. de Pœnitentia rel. 119. 138. 131. 162. 186. 193. & 196.

An si quis vinum usque ad ebrietatem sumeret, ad finem, & animo jactandi blasphemias, iste in isto casu confiteri

teneatur se illas jactasse, vel satis sit dicere, quod se inebriavit animo illas jactandi? Idem est de aliis similibus. Ex p. 10. tr. 14. ex rel. 70. alias 68. Quæ hic est supra in tr. 5. de Reservatis rel. 52.

An si à Confessario imponatur penitentiæ pro penitentiæ opus præcepti, penitens illam omittens peccet dupliciter? Ex p. 4. tr. 4. ex rel. 241. Quæ hic est supra in tr. 6. de Satisfactione sacramentali rel. 37.

An duplicem culpam mortalem specie diversam committat violator sigilli confessionis, unam contra Religionem injuriam Sacramento afficiendo; reddendoque illud odiosum penitentibus; alteram contra injuriam infamando proximum, cujus delictum occultum proditur; & reneatur in conscientia prædictus violator hanc duplicem circumstantiam confiteri, sicuti duplicem committit culpam lethalem etiam diversam specie, qui frangit illicitè secretum naturale, quod sub juramento servare promisit? Ex p. 5. tr. 11. ex rel. 2. Quæ hic est infra in tr. 8. de Sigillo Confessionis rel. etiam 2.

An Sacerdos celebrans in peccato mortali peccet tripliciter, nempe, quia indignè consecrat, indignè offert, & indignè sumit corpus? Et an saltem peccet duplici peccato, quia conficit, & quia sumit corpus? Et an committat in dicto casu duo peccata, unum videlicet, quia celebrat in peccato, alterum quia omisit confessionem illius peccati? Et an Sacerdos excommunicatus committat duplex peccatum, sciens se teneri vinculo peccati & censura? Et an iste Sacerdos neque ut duo peccata, neque ut circumstantiam aggravantem ejusmodi circumstantias teneatur confiteri? Ex p. 2. tract. 14. ex rel. 24. & 22. Quæ nunc inveniuntur in tom. 2. tr. 1. de Celebrat. Missarum rel. 149. & 152.

An qui ministrat Eucharistiam peccatori, peccet duplici peccato? Et an recipiens Eucharistiam contra præceptum aliquod humanum committat duo peccata, unum contra prohibitionem illam; alterum, quia communicat indignè; & an hac circumstantia sit explicanda in confessione? Ex quo deducitur, an qui se ingurgitat, quo tempore erat indictum jejunium, peccet dupliciter, nam, & temperantiam, & Ecclesiasticam jejunij legem violat? Ex p. 4. tr. 4. ex rel. 103. & in p. 5. tr. 13. ex rel. 62. Quæ hic reperitur in tom. 2. tr. 2. de Communionem rel. 28. & 43.

An contrahentes matrimonium in peccato mortali peccent dupliciter, quia non solum suscipiunt, sed etiam ministrant hoc Sacramentum? Et an excommunicati contrahentes matrimonium peccent dupliciter ex eo, quod non solum Sacramentum recipiant in excommunicatione, sed etiam ex eo, quod conferant? Et an contrahere cum impedimento dirimente sit duplex peccatum? Et an impedimenta matrimony addant novam malitiam etiam in copula fornicaria distinctè explicandam in confessione? Et an pollutio voluntaria extra vas inter conjuges habeat specialem malitiam, & quomodo illam debeant explicare in confessione? Et notatur, quod si aliquis sine interruptione morali multoties osculetur pudenda alicujus femina, vel pueri, sufficit, ut in confessione dicat, osculatus sum solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis. Et an incitantes amentes ad copulam peccent mortaliter, & quomodo teneantur hanc circumstantiam confiteri? Ex p. 3. tract. 4. ex rel. 198. alias 199. & ex rel. 296. alias 297. & in p. 5. tr. 9. ex rel. 85. & in p. 10. tr. 16. ex rel. 82. & in p. 11. tr. 8. ex rel. 36. & in p. 3. tr. 4. ex rel. 224. alias 225. & in p. 11. tr. 8. ex rel. 35. Quæ nunc inveniuntur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio rel. 113. 127. 129. 130. 186. 191. & 202.

An sit unum tantum peccatum internum etiam si voluntas omittendi Horas Canonicas sapius per diem facta moralè interruptione iteretur? Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra justitiam, & Religionem; adeoque in confessione utrumque explicandum?



## & Resolutionum.

nem utantur. Sed queritur, an hoc Decretum non ad omnes Confessarios, sed ad eos, qui Superiores sunt, vel deinceps erant, dirigatur tantum? Et an, non obstante dicto Decreto, possit probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum privare subditos Officiis ad nutum amovibilibus? Et licere etiam Superiori, vel cuilibet alij negare suffragium penitenti, quem solum per confessionem agnovit esse indignum ad officium, vel Prelaturam? Et negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudere fenestras, & alia huiusmodi facere? Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. ref. 34. ibid.

10. An sit contra Sigillum confessionis dicere, non absolvi penitentem, v.g. Paulum? Sed difficultas est, an idem dicendum sit, si Confessarius interrogatus, an Petrum absolvit, respondit. Ego enim non absolvi, quia nondum confessionem finivit propter superveniens impedimentum? Et an sine fractione Sigilli Confessarius dicere potest, non absolvi Petrum, quia nondum perficit confessionem? Et an dicti Confessarii, si in supradictis casibus frangat Sigillum, debeant puniri poena ordinaria inscripta contra fractores Sigilli? Et notatur Confessarium, qui de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum, frangere Sigillum. Et quid, si Confessarius asserat de publico peccatore non illum absolvisse, quia non vidit poenitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non iurisfacit? Ex part. 5. tract. 11. resolut. 42. pag. 427.

11. Olim interrogatus fui, an Confessarius dicens in aliqua civitate, vel alio loco, ubi confessiones audivit, commisit peccatum sodomitae, vel aliud, frangat Sigillum confessionis? & ut fractor talis Sigilli puniendus sit? Et quid, si in tali loco nominaret Religionem, vel Monasterium talis civitatis, aut loci? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. ref. 13. p. 428.

12. An qui dixit audivisse in tali Monasterio peccatum graecae, frangat Sigillum, etiam si non nominet poenitentem? Et docetur non solum esse peccatum, sed contra Sigillum, si Confessarius dicat in tali civitate talia, & talia peccata committi solent. Et quid, si tantum generaliter dicat gravia peccata committi? Ex p. 5. tr. 11. ref. 35. p. 429.

13. An Superior, à quo petitur potestas absolvendi à reservationis, teneatur ad Sigillum? Et advertitur Superiorem eo Sigillo obligari, quando aliquis habens casum reservatum eum illi explicat, à quo recepta poenitentia remittitur ad inferiorem pro absolutione sacramentali. Et an inferior petens veniam absolvendi à casu reservato, nullo modo possit personam aperire, vel casum ita explicare, ut ea venire possit in notitiam Superioris, nec Superior potest curiose interrogare, nec inquirere cum periculo veniendi in notitiam persona, & inferior etiam ad id tenetur, licet Superior veniam non concedat? Ex p. 5. tr. 11. ref. 12. ibid.

14. An sit contra Sigillum Confessionis, si Superior alicuius domus dicat Generali, vel Provinciali in ea domo saepe postulari potestatem absolvendi à peccatis reservatis? Ex part. 5. tr. 11. ref. 45. p. 430.

15. An Superior, vel quivis alius possit negare suffragium illi, cuius defectum scit solum per confessionem, quando suffragatur secreto, ubi multa de Sigillo Confessionis? Primo, non licere ob notitiam confessionis privare subditos officiis amovibilibus. Secundo non posse Confessarium dicere Praetoribus Urbis, aut Inquisitoribus, ut diligentius invigilent. Tertio, quod non potest licite Praelatus, seu quovis alius uti notitia confessionis complicitatis alienius delicti, ut fiant vigilantiores circa alios; nec potest dicere ut solito diligentius invigilent, ut eos in delicto comprehendant, & sic in similibus. Ex p. 3. tr. 4. ref. 76. ibid.

16. An in aliquo casu Confessarius licite possit uti notitia parva? Et pro praxi huius questionis, ex eius doctrina

cursum inferuntur septem casus in §. primò huius Resolutionis. Et advertitur, quod si Confessarius sciat in confessione parare sibi insidias à Petro, ut illum interficiat, licet tamen non exire de domo, aut si exeat, intus armis ad defensionem solum instrui. Similiter, si sciret Petrum non esse Sacerdotem verum sed fictum, possent, quasto bono titulo, non illi deinceps, sed alteri confiteri, & sic de aliis similibus. Et an ex Decreto Clem. VIII. Superior pro nullo Religionis bono potest se in suo regimine dirigere ex notitia habita in confessione; quod Decretum non continet solum directionem sed preceptum, & idem obligat sub mortali? Ex part. 5. tract. 11. ref. 32. p. 431.

17. An aliquis vocalis v.g. nostra Religionis, vel Magister Novitiorum possit negare suffragium alicui propter peccatum confessionem? Ex p. 5. tr. 11. ref. 4. p. 433.

18. An sit contra Sigillum revelare defectus naturales poenitentis; ut v.g. si poenitens dicat in confessione se natum esse ex parentibus sordidis infamibus, aut non conjunctis legitimo matrimonio &c? Ex part. 5. tr. 11. ref. 29. ibid.

19. An Confessarius frangat Sigillum, si revelet virtutes poenitentis, extasim, & alia dona Dei? Et notatur posse poenitentem obligare Confessarium sub secreto naturali has virtutes, & dona celare. Ex part. 5. tr. 11. ref. 30. ibid.

20. An Magister Novitiorum, vel Confessarius Monialium possit in exercitiis spiritualibus in generali damnare peccata, qua audivit in confessione? Et notatur concionantem de peccatis qua se dicit in confessione isto loco audivisse, modo ita prudenter hoc faciat, & caute nec impossibile sit inde prodi peccatorem; non esse violatorem Sigilli, peccare tamen propter scandalum datum, & quia Confessionem reddit odiosam. Ex part. 5. tr. 11. ref. 36. p. 434.

21. An si Confessarius ex confessione intelligat famulum esse furem possit illum dimittere? Ex part. 5. tract. 11. ref. 37. ibid.

22. An Sacerdos qui scivit ex confessione furtum sibi factum possit furem accusare ex aliis indicis extra Confessionem cognitis? Ex quo inferitur, quod si publicus usurarius vel publicus concubinaris non sint absolvi à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam negare dicendo eos esse in publico peccato. Ex p. 5. tr. 11. ref. 17. ibid.

23. An pro servanda vita possit Sacerdos aliquo modo manifestare peccata poenitentis? Ex quo inferitur Sacerdotem; qui cum aliis iter agens, ex uno illorum per confessionem intellexit in ingressum sylvae parari sibi mortem teneri potius mori sylvam ingrediendo; quam aut fugas aut retrocessionem confessionem jam factam suspectam alii quo modo reddere. Et hoc etiam si huiusmodi Sacerdos in supra dicto casu existens in peccato mortali esset. Ex quo etiam sequitur Sacerdotem; qui ex confessione sibi facta cognovit in vino in quo facturus esset Sacrum esse immixtum venenum, nec potest, aut omittere Sacrum, aut petere aliud vinum, sine suspitione revelata confessionis; teneri vinum sic mistum sumere; & Deo se commendare; etiam si in hoc casu Sacerdos esset in malo statu, & non possit confiteri, quia tunc enim debet providere sibi omni meliori modo, quo possit de contritione; qua cum Sacramento in voto sufficit ad aeternam salutem. Ex p. 5. tr. 11. ref. 46. ibid.

24. An in aliquo casu ad tuendam vitam licitum sit Confessario uti scientia habita in confessione; v.g. Sacerdos ex confessione novit sibi necem paratam in sylvae, vel vinum paratum ad ejus Missam esse venenum infectum &c. an in his casibus possit Missam omittere, & sylvam non intrare? Et an ad evitandam mortem Sacerdos, si quaeritur ab aliquo, an talis persona peccata sua illi confessus fuerit, possit affirmare? Et inferitur primò Confessarium, qui poenitentem voluit absolvere propter eius indispositionem.



## Index Tractatum,

- professionem, si postea ab eodem penitente calumniose ob vindictam accusetur de facto crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam. Secundum quod dictum est de periculo vite corporalis locum etiam habere de periculo vite spiritualis, ut neque propter illud vitandum in se ipso possit Confessorius Confessionem revelare. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 50. p. 435.
25. An Confessorius possit sine fractione Sigilli manifestare peccatum nondum patratum v. g. propositum prodendū Rempubliam, vel occidendi innocentem, &c? Ex part. 5. tr. 11. ref. 25. p. 436.
26. An sit licita fractio Sigilli, quando casus est talis, quod penitens teneatur consentire? Et si non consentiat quid facere debeat Confessorius? Ut si v. g. penitens confitetur in quadam dono adesse conventicula Hereticorum &c. Et in isto casu docetur quomodo se gerere debeat Confessorius circa absolventem talis penitentis. Ex p. 6. tr. 11. ref. 33. p. 437.
27. An si fractio Sigilli fiat in penitentis utilitatem, sit licita? Ex p. 5. tr. 11. ref. 32. ibid.
28. An Confessorius possit revelare heredibus restitutionem faciendam, quam debebat mortuus penitens? Et quid maxime, si in predicto casu adsit licentia penitentis, qui ante mortem dixit Confessorio, ut ita revelet? Et quid, si non satis constat de voluntate penitentis jam mortui, & heredes ipsi dubitant, & presumant contra Confessorium fuisse confessionem revelatam, absque aliqua licentia illius? Et quid est agendum si heredes nollent ex avaritia, (ut accidit) dictis Confessorio acquiescere? Ex p. 5. tr. 11. ref. 28. ibid.
29. An pro sit testimonium Confessorij de licentia penitentis, ut probetur penitens emendatus in foro externo? Ut v. g. Parochus det Sacram Eucharistiam, vel Sepulturam Ecclesiasticam publico usurario, vel meretrici &c. Et inferatur, quando publica meretrix est confessio Mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessorio quod verè de peccato suo publico penituerit, & confessio, & absoluta sit. Confessorius verò ne quidem, quod fornicationes suas sibi confessio sit directè, aut indirectè, puta, dicendo, quod eam à peccatis suis publicis absolvit, indicare potest? Ex p. 5. tr. 11. ref. 40. ibid.
30. An Confessorius de licentia penitentis possit revelare Confessionem? Et notatur non sufficere quancumque licentiam presumptam, interpretativam, virtualem, etiam in bonam ipsius penitentis, ad revelandum Sigillum Confessionis, sed requiri formalem, atque expressam; & debet esse libera, spontanea, & non vi, injuria, aut dolo extorta; imò neque per preces importunas; adde, neque per metum reverentialem ipsius Confessorij obienta. Et advertitur penitentem posse revocare hanc licentiam quoties voluerit, etiam absque justa & ulla causa. Ex part. 5. tr. 11. ref. 10. p. 438.
31. An Confessorius, quando penitens dat ei licentiam revelandi confessionem, debeat illam exigere in scriptis? Et in predicto casu, si dubitetur, an ea revelatio fiat, vel non fiat de licentia penitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis, & non penitentis? Ex part. 5. tr. 11. ref. 41. ibid.
32. In quadam civitate hujus Regni Confessorius cum licentia penitentis in ordine ad consilium petendum manifestavit cuidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quaesitum à me fuit tunc, an dictus Consiliarius frangeret Sigillum confessionis? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 14. p. 439.
33. An cum Sacerdos de licentia penitentis revelat aliis peccatum, illi alij teneantur ad Sigillum? Et docetur Doctorem Consiliarium, aut Confessorium, cui ex licentia penitentis peccatum, & persona ejusdem penitentis manifestatur, obligari sacro Sigillo. Et in §. ultimo hujus Resolutionis cursim explanantur alij septem casus; & persone, in quibus omnes teneantur ad Sigillum. Ex part. 5. tract. 11. resol. 11. ibid.
34. An si penitens confiteatur cum laico existimans posse in absentia Sacerdotis absolvi, teneatur laicus celare peccata audita sub sigillo? Ex part. 5. tract. 11. ref. 13. pag. 440.
35. An laicus, si ex necessitate audiat alicujus confessionem, teneatur ad Sigillum? Idem à fortiori dicendum est de laico, quem penitens voluit simul cum Sacerdote, audire ejus confessionem, ad majus erubescencia meritum. Et notatur, quod in supradicto casu, etiam si laicus non teneatur ad Sigillum confessionis, teneatur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito juramento, & potius teneatur mortem subire, quam secretum illud naturale aliquo modo violare. Sequitur etiam hujusmodi laicum assumptum à penitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius non posse tamen à iudice compelli ad illud judicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquam. Ex p. 5. tr. 11. ref. 14. ibid.
36. An qui se fingit Sacerdotem, teneatur ad Sigillum? Ex p. 5. tr. 11. ref. 15. p. 441.
37. An qui casu audivit peccata alicujus, teneatur ea non manifestare sub Sigillo? Et quid, si ex industria, quis audivit alterius confessionem sacramentalem? Idem est dicendum de eo, qui intelligit murmur per murus & signa, vel quempiam furdastrum alius confitentem. Ex part. 5. tr. 11. ref. 16. ibid.
38. An quando quis coram multis confitetur, ut in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum? Et an Confessorius teneatur ad Sigillum, respectu eorum, qui simul secum peccata audiverunt? Sed advertitur, quod si plures Confessorij confessionem audiverint quancumque occasione non posse postea inter se loqui de alicuius peccatis, neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licitè facere, sed teneantur omnes ad Sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiverint, sive licitè, sive illicitè, sive mediatè, sive immediatè audiverint. Ex p. 5. tract. 11. ref. 23. p. 442.
39. An interpres teneatur celare peccata sub Sigillo sacramentali? Et curiosissime asseritur eos, qui spontè à penitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari Sigillo. Ex p. 5. tr. 11. ref. 48. ibid.
40. An si v. g. Peritus ante confessionem consulat virum doctum in ordine ad confessionem faciendam, non cum illo, sed cum alio, teneatur dictus Consiliarius ad Sigillum? Et docetur, quod si penitens virum doctum consulat, ut sciat, quomodo se preparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Pralato, etiam si sub excommunicatione precipiat. Ex quo cursim deducitur, quod quando obligatio tegendi est tantum secreti naturalis, & non Sigilli sacramentalis, tenebitur Consiliarius manifestare sub excommunicatione rem sibi revelatam, &c. Ex p. 5. tract. 11. ref. 44. p. 443.
41. An cui injustè revelata est confessio à Confessorio, teneatur celare illa peccata manifestata sub Sigillo? Et an omnes alij, qui ab isto, qui à Sacerdote audiverint, audiverunt, & alij ab istis, & isti ab aliis; sive mediatè, sive immediatè; sive licitè, sive illicitè audiverunt, teneantur ad Sigillum confessionis? Ex part. 5. tr. 11. ref. 7. ibid.
42. An qui invenit chartam, in qua scripta erant alicujus peccata, teneatur illa abscondere sub Sigillo confessionis; sive jam confessio facta sit, sive adhuc facienda sit? Et an, si dicta peccata vergerent in damnum commune, seu alicujus tertij innocentis, teneatur in tali casu repertor charta illa peccata revelare ad avertendum tale damnum? Et si repertor charta supradicta moraliter certus sit non nisi levia, & non infamantia peccata in ea esse, ideoque curiositate legat, vel lecta aliis evulget, an debeat confiteri peccata moraliter, sicut Superior, aut Jdex, qui inventa schedula peccatorum alicujus vellet contra illum inquirere, vel tantum peccata venialiter? Ex part. 5. tr. 4. ref. 111. aliae 112. ibid.

## & Resolutionum.

43. An qui invenit papyrum, in qua erant peccata alicujus scripta, teneatur ad Sigillum Confessionis, sive jam confessio facta sit, sive adhuc facienda sit? Ex quo solvi possit; quid sit dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo scripta sunt peccata alicujus? Et quid, si charta scripta sit ad virum doctum ad petendam consilium pro confessione? Ex quibus etiam sequitur, quod si iudex invenisset peccatum rei schedula commendatum ad confessionem faciendam, teneatur iudex cessare ab Inquisitore criminis, & non jurari ex illa notitia; imo etiam, si jam reman condemnasset conjunctum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex Sigilli violatione, teneatur damnatum absolovere, & dimittere. Ex p. 5. tr. 11. ref. 27. p. 444.
44. An que peccata non sunt, & aliis concernunt, teneatur Confessarius celare sub Sigillo? Ex p. 5. tract. 11. ref. 38. p. 445.
45. An si penitens explicet aliqua in confessione concomitanter, teneatur Confessarius celare sub Sigillo? Ex p. 5. tr. 11. ref. 5. ibid.
46. An aliquando Confessarius possit obligare penitentem ad declarandum complicem? Et advertitur posse contingere, ut licet penitens dicat se velle per seipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicitatis ad impedienda mala juxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem. Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 2. ibid.
47. An liceat Confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia penitentis? Et an hoc sit absolutè contra Sigillum confessionis? Et notatur, quod ex hypothesi, quod affirmativa opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de complice in hunc finem correctionis, sed expectare ut penitens id sua sponte declararet. Ex part. 3. tract. 4. ref. 112. alias 113. p. 446.
48. An Confessarius propter correctionem fraternam debeat, aut possit extorquere complicem? Et an illa peccata alterius tam complicitatis, quam non complicitatis in confessione narrata, ita claudantur Sigillo, ut sine complicitate, aut alterius illius peccatoris licentia, esto habeat confessionem a penitente Confessor ea revelare non possit? Ex p. 5. tr. 11. ref. 39. ibid.
49. An quando quis confitetur, liceat manifestare complicem, vel alterius peccatum, vel Confessarius possit de hoc interrogare ad finem corripiendi peccatorem? Et docetur, quod si Sacerdos fraude, vi aut importunis precibus extorqueat a penitente manifestationem complicitatis, aut licentiam revelandi confessionem absque dubio graviter peccat? Ex part. 7. tract. 3. ref. 34. p. 447.
50. An si penitens absque necessitate manifestavit complicem in confessione, teneatur Confessarius occultare tale peccatum sub Sigillo confessionis? Et curissime docetur omnia, que occasione sui peccati explicandi penitens in confessione dicit cadere sub Sigillo, etiam si superflue addita sint. Ex p. 3. tr. 4. ref. 110. alias 111. ibid.
51. An sit contra Sigillum Confessionis etiam cum licentia penitentis revelare peccata complicitatis absque complicitatis licentia? Et breviter notatur cadere sub Sigillum quamcumque personam in confessione detectam, sive ad declarandam aliquam substantiam necessariam, sive imprudenter eam nominando sine necessitate. Ex p. 5. tr. 11. ref. 24. p. 448.
52. Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione unius complicitatis scit peccata alterius, & alter in confessione taceat? Ex p. 5. tr. 11. ref. 21. ibid.
53. An Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem, possit loqui cum penitente absque licentia de errore, v. g. commisso in dicta confessione? Ex p. 5. tr. 11. ref. 19. ibid.
54. Utrum Confessarius in aliquo casu sine licentia penitentis possit loqui cum illo de peccatis auditis in confessione; videlicet confessor commisit aliquem defectum in absolvendo penitentem, queritur, an possit illi manifestare extra confessionem, etiam si penitens non dederit licentiam manifestandi? Et notatur Sigillum confessionis non solvi quoruscumque sine licentia penitentis Sacerdos extra confessionem agit cum penitente solum de peccatis commissis, & auditis in confessione, modo tamen id faciat studio promovendi penitentis salutem. Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. ref. 12. p. 449.
55. An si penitens non vult dare licentiam Confessario, ut ei aperiat defectum commissum in confessione possit illum aperire? Et notatur, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus non posse Confessarium loqui cum ipso penitente de confessione, & errore corrigendo absque prædicta licentia. Ex p. 3. tr. 4. ref. 86. alias 87. ibid.
56. An Confessarius si aliquem defectum commisit in confessione, possit extra illam penitenti illum aperire, ipso remente? Et an tamen in ipsa confessione, etiam non petita licentia a penitente, ex rationabili causa possit fieri mentio eorum, que in aliis confessionibus dicta, & confessio fuerunt? Et advertitur, quod quamvis sit peccatum loqui cum penitente post confessionem de peccatis confessis, si ipse hoc agere ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esse contra Sigillum. Ex p. 5. tr. 11. ref. 18. p. 450.
57. An Confessarius in actu secunda Confessionis possit refricere, & meminisse peccatorum in prioris confessione a penitente detectorum? Et an possit Confessarius videns penitentem penitentiam in confessione impostam non adimplere, monere illum, ut promissa adimpleat? Ex p. 5. tr. 11. ref. 20. ibid.
58. Quidam Confessarius extra confessionem locutus est cum penitente de peccatis confessis, qui eum apud Episcopum accusavit; quæsitum tunc a me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor Sigilli puniendus esset? Et an Confessarius puniendus sit tanquam fractor Sigilli, si asserat, v. g. audivisse in confessione peccata publica fornicationum notissima meretricis? Ex part. 5. tr. 11. ref. 6. p. 451.
59. Qua pena imponatur Confessori revelanti Sigillum Confessionis? Et notatur, quod neutra pena depositionis videlicet, & perpetua reclusionis incurritur ipso facto ante judicis sententiam. Aliis vero personis distinctis a Confessario, quas etiam Sigillo Confessionis teneri diximus, non sunt imposta dictæ pæne. Et notatur non infligi supradictas pænas ob quamcumque violationem Sigilli, sed solum ob relationem peccati: unde si solum revelares aliquod ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurrit istas pænas, sicut nec ille, qui cum penitente loquitur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia. Et cursum additur depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cujuscumque nunciæ Sacerdotalis. Ex p. 5. tr. 11. ref. 51. ibid.
60. Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex p. 5. tr. 11. ref. 52. p. 452.
61. An Confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absolvit? Ex part. 5. tr. 11. ref. 22. ibid.
62. An Confessarius sine fractione Sigilli possit manifestare penitentiam, quam imposuit penitenti? Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virginis imposuisse pro penitentia suo cuidam penitenti? Et quid, si penitentia esset unum, Miserere, quingue Pater noster, &c? Et advertitur non bene fecisse quemdam Confessarium, qui cum cuidam ob gravia peccata, sed ignorata, injunxisset in confessione longo tempore publice audire solemne Sacrificium flexis genibus, &c. Ex part. 5. tr. 11. ref. 31. ibid.
63. An Confessarius, qui asseruit imposuisse Titio pro penitentia unum Miserere, vel quingue Pater noster frangerit Sigillum Confessionis? Et quid, si diceret imposuisse Rosarium B. Virginis pro penitentia? Et an Confessarius

## Index Tractatum, & Resolut.

- sarius debeat negare penitenti schedulam confessionis penitenti, si ex aliqua causa illum non absolvit? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. ref. 14. p. 453.
64. An penitens teneatur penitentiam impositam a Confessario non manifestare sub Sigillo? Et quid, si ex revelatione huiusmodi redundaret aliquid male fama, aut aliquid minus existimatione dignum in Confessore, aut aliquem alium? Ex p. 5. tr. 11. ref. 8. p. 454.
65. An Confessarius possit peccatum in confessione auditum revelare, quando ipse nequit aliter peccatum suum manifestare; licet ex eo veniat in cognitionem penitentis? Ex p. 5. tr. 11. ref. 9. p. 455.
66. Quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub iuramento, an in confessione audierit peccatum aliquod? Et aliqua adveniunt, qua contingere possunt in supra dicto casu, vel similibus aliis. Et tandem datur doctrina Confessario quid, & quomodo respondere debeat, si Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario querat, an apponenda sit particula, ut consecretur pro communione Petri; quod respondeat Confessarius, quod hoc ab ipso penitente queratur. Ex p. 5. tr. 11. ref. 43. ibid.
67. An secretum tanquam in confessione detectum obliget, ac si fuisset dictum in confessione? Ex p. 5. tr. 11. ref. 54. p. 456.
- † An Confessarius, qui frangit Sigillum Confessionis sit irregularis? Et an laicus, qui sine necessitate confessionem secretam audit, fiat irregularis, si illam revelet? Ex part. 5. tract. 11. ref. 53. *Que nunc invenietur in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate ref. 30.*
- † An Inquisitores possint punire Confessarios frangentes Sigillum confessionis? Et notatur Sacerdoti, qui Sigillum confessionis frangit, nullam à iure imponi penam, quam de facto incurrat. Ex p. 4. tract. 8. ex ref. 95. *Que hic est in tom. 5. tract. 10. de Inquisitoribus ref. 80.*
- Non est ulla alia questio in omni hoc opere; qua simul pertineat ad hunc tract. 8. de Sigillo Confessionis huius primi tomi,

